Schelika de Rzecan Joannis: Quaestio iuridica de assassinio sive imperato homicidio.

~~2704 Preuro.~~

# QVÆSTIO IVRIDICA,
# DE ASSASINIO,
# SIVE IMPERATO
# HOMICIDIO.

Ex Cap. 1. de Homicid. lib. 6. Decretal. desumpta.

Quam

D. O. M. A.

Præside,

*ADMODVM REVERENDO CLARISSIMO ET CONSVLTISSIMO VIRO, D. M. IACOBO Janidlouio Bozantino J. V. Doctore, & in Academia Cracouiensi publico Professore.*

Publicè ad disputandum proponet,

*NOBILIS JOANNES SCHELIHA DE RZVCHAV J. V. Studiosus.*

In Collegio DD. Iurisperitorum, Die Martij 17. Hora 13.

CRACOVIÆ,
In officina Nicolai Lobii, Anno Domini.
1608.



*Sustulit impulso Iouis armiger æthere lunam,*
*Nunc mitrata pede cum cruce prata subit.*
*Tricolor extemplò ridentia liliá campus*
*Mittit, vt indigenas nectare potet aues.*
*Sortem quisquis amat a Drusillæ, Aquilinus, aborte*
*Lumina Solsequio, b Pullus adhæsa probet.*

a. Plin. lib 15: c: 30.
b Idem lib 10. c. 3.

REVE-

*Reuerendißimo ac Illuſtrißimo Principi & Domino;*

# D. IOANNI SITSCH.

## D. G. EPISCOPO WRATISLAVIENSI, DVCI GROTKOVIENSI, SVPREmo, per vtramq; Sileſiam Capitaneo, Sac. Cæſ. Regiæq; Maieſt. Conſiliario, Dño & Mecænati ſuo munificentiſsimo.

IOANNES SCHELIHA DE RZVCHAV I. V. STVDIOSVS, CLIENS DEVOTISSIMVS PERPETVAM fælicitatem.

*POſteaquam Alcinoum illum Pheacum Regem auguſtiſſimum, qui hortos in Corcyra inſula ſumptuoſiſſimos, fructuum inde emergentium expectatione illectus induſtriosè excoluit, profundiore paululum mentis agitatione vſurpaſſem, Reuerendiſſime ac Illuſtriſſime Princeps: repentina, quid mihi tecum intercedat, ſuggeſſit recordatio. Cum etenim tu vetuſtum illum Scheliorum agrum, Bellonæ vngulis vndequaq; antiquitùs attritũ, his temporibus iacere & ſterileſcere animaduertiſſes, eundem priſtino reddere virori clementiſſimè conſtitueras, facilè ſiquidem antiqua laus, niſi nouum decus ſuccreſcat, obliteratur & obſoleſcit. Sed quoniam hæc ætas in eam Martis conditionem inciderat, cuius altera pars vitij nimium habuit, altera proſperitatis parum; alio genere culturæ & ſementis eum agrum ſubigendum & conſerendum ſapientiſſimè iudicaſti: id eſt, ad auitam Scheliorum militarem laudem togata Mineruæ diademata adijcere voluiſti. Neq; enim doctrina & literis, ſed & longo vſu & experientia didiciſti, plus ponderis, roboris & momenti ad Reſpubl. gerendas, & negocia quæq; grauiſſima ſuſtinenda, in eruditione & prudentia conſiſtere: quàm in viribus & armis. Hoc ſanè patria tua, quæ non vt ſibi vitam des petit,*

 *ſed datam*

*ſed datam repetit impensè perſuaſit, liberale eſſe officium, ſerere beneficium, vt metere poſſis fructum. Quamuis autem tua hæc agricultura, Alcinoi ſiue Lyſandri conformis appareat: in ea tamen magnificẽtiorẽ, longè & glorioſiorẽ operã enitere quis ãbigat? Ille quidẽ tenacis in flores, arbores aliaq́ hortorum lenocinia induſtriæ exhibuit argumentum; ſed illud ad popularem duntaxat oſtentationem, qua nihil ducebat antiquius, dirigebat; aſt tu nullius gloriæ inſtinctu, nullius commodi aucupio, nullius voluptatis auiditate, non viretum ſed ingenium, non rore ſed liberalitate, fouiſti & nutrijſti; ille vt ſuos in albicantia lilia, & purpureos hyacinthos obtutus mitteret; tu vt veſtigia tui, patriæ ſalutaria relinqueres; ille corpus priuatum, tu publicum: ille flore, tu diſciplinis: ille ocioſus, tu infinitis Reipubl. oneribus inuolutus recreaſti. Vnde liquido manifeſtius eſt, quatenus præclarè vigilantiſſimus Sileſiæ præſes, & Gubernator cognouiſti, tàm Principem artibus in tuto collocari, quàm ipſas artes Principis auxilio ſeruari, & ideò neminem negligendum putas, in quo alicuius Simulachra virtutis appareant: nunquam tua fuit clauſa bonis viris domus: nunquam ſinus benignitatis exhauſtus: ingenia bona amabas, liberalitate ornabas, optimis verbis Principibus commendabas, & honoribus auctos apprimè cupiebas: ſemper enim publicam vtilitatem, patriæ dignitatem & tranquillitatem, & immortalitatem nominis ante oculos habuiſti: hæc tibi ſtimulos addebant, nocte dieq́ vrgebant, & ſollicitabant, vt te à rerum vanarum & ludicrarum cogitationibus abſtraheres, ac omnem curam & animum, publicis emolumentis & monumentis immergeres ac conſecrares; Offendiſti optime Princeps Rempublicam noſtram alienis ſuffultam, ſuis non tàm neglectam quàm orbatam ingenijs, hîc tu bonus Ciuis oſtendiſti patriæ lumen animi, conſilij auxilijq́ tui, in te vnum atq́ adeò in tuum nomen tota ſeſe conuertit Sileſia; te Equeſter, te Plebeius ordo, te omnes boni, tutorem, reſtauratorem, conſeruatorem, patrem, fortunæ, honoris, ſalutis, intuentur; tua bonitas commune perfugium omnium ſalutatur, tu es vnus in quo velut in Ptolomæi apud Cyrenas ſtatua & ſepulchro Laomedontis integra nititur patriæ noſtræ incolumitas: opus ipſa ſuum eadem quæ coaugmentauit natura diſſoluet, tua verò fama vt non in corpore ſita, ſic neque.*

*neq; cum corpore peritura, quippè quæ inconcussa peregisti virtute, simul cum anima retinebis. Nam quemadmodum te adolescentia excelsis clarum dotibus senectuti tradidit; ita vicissim senectus pignus acceptum immortalitati porrectura. Huius igitur talis ac tantæ sationis Reuerendissime ac Jllustrissime Princeps, qnandoquidē meum te cultorem ingenium esse profitetur, æquum fuit vt eius agri seu spicilegij primitiæ quales quales illæ sint, debitum quasi vectigal in tuum horreum, integrè & exactè comportarentur. Verumenimuerò quamuis nouellus iste Iurisprudentiæ fœtus austeritate, quā repræsentat à tua ingenita mansuetudine, [a] cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit prorsus abhorrere videatur (tractat enim an affectus cum effectu æquali subiaceat supplicio) attamen officium supremi Silesiæ Capitaneatus, in quo honorificentissimè ac eminenti laude versaris eundem non alienum agnoscit. Partū itaq; hunc meum, Reuerendissime ac Jllustrissime Antistes, quamuis horridum, informem, immaturum & Cordubæ potiùs quàm Athenis editum; ad arā benignitatis tuæ venerabundus depono, tuoq; amplissimo nomini, vt Numini tutelari, lubens & meritò deuoueo. Tu modo Præsul inclyte, serena, vt soles, frontè exiguum hoc & impar amplitudini tuæ vigiliarum mearum specimen amplectere; ac eorum me numero & albo insère, quorum studia conatusq; imbecilles singulari tua comitate atq; beneuolentia non tantùm promouere & illustrare, verùm etiam adaugere & excitare consueuisti. Æternùm vale decus nostrum immortale. Cracouiæ, ex Collegio Iurisconsultorum. Idib: Ianuar: M. DC. VIII.*

[a] l. Si quis 10. C. de Episc. & Cler.

## EPIGRAMMA.

Inter tanta tuæ Princeps præconia laudis,
Quę superant veterum munera clara Ducum.
Multum oculi, magis ast aures debere fatentur,
Se tibi; cum patriæ diceris esse parens.
Templa auges Superis, mores populo, ocia ferro,
Fulcra tuis, mundo dogmata, pensa Deo.
Nullum feruidiore sinu Silesia clausit,
Nec quoq; te modò plus quo veneretur, habet.

# DE IMPERATO HOMICIDIO.

V. Mandator homicidii, ordinaria Legis Corneliæ de Sicarijs pœna, vnà cum mandatario, in loco commissi delicti puniri debeat: necne?

## CONCLVSIO. I.

Homicidium, cui mandatum directam causam præbuit, tàm mandantis, quàm mandatarij morte, ex L. Cornelia vindicandũ est.

## COROLLARIA.

I. *Vicarius interfector, qui per errorem Titium neci dedit, cum de Sempronio è vita eripiendo mandatum accepisset; vltimo supplicio, simul cum principe delicti afficiendus est.*

II. *Aggressor mercenarius, qui hominem non occidit, sed enisus est, & vulnerauit, ea mente vt occideret: pro homicida, sociatim cum imperante Iure Ciuili damnari debet.*

III. *Iussus domini, aut alicuius alterius qui imperandi potestatem habuit, non excusat parentem à pœna in Sicarios constituta: sed lege in vtrumq; agi oportet.*

IV. *Transactio percussoris cum consanguineis cæsi inita, non prodest mandatori: neq; percussorem ipsum ita liberat, vt à cuiusuis criminatione, perpetuò tutus esse possit.*

V. *Si quam fortè mulctaticiam pecuniam, auertendæ pœnæ causa numerauit meritorius peremptor; eam à mandante mandati iudicio recuperare frustrà cogitat.*

## CONCLVSIO II.

Mandatum, quod vel ſine dolo malo,& animo occidendi factum eſt: vel ante admiſſam cędem expirauit : vel de quo liquidò non conſtat:in mandante, capitalem pœnam non meretur.

### COROLLARIA.

I. *Si percuſſor conductitius,contra expreſſā mandati legem,verberum aut vulnerum loco, necem homini intulit: animæ amiſſione mandantem mulctari inhumanum eſt.*

II. *Mandatum homicidij, in profunda & inopinata ebrietate factum, mandatorem ad pœnam ordinariam L. Corneliæ non obligat.*

III. *Solius venalitij homicidæ morte facinus expiandum eſt; quando, vel ante peractam cædem mandator obijt: vel re integra, mandatum reuocauit; & ad noticiam mandatarij retractationem perduxit.*

IV. *Ob inimicitias capitales, aut minas præcedentes, nemo pro capite occiſi, Aſſaſinij pœna plectendus eſt.*

V. *Cædes quam filius parentis, ſeruus domini iniuriā vltus, admiſit; in iudicio imperati homicidij,parenti vel Domino fraudi eſſe non debet.*

## CONCLVSIO. III.

Vbi cædes peracta eſt , ibi autor illius, (ſi laicæ iuriſdictioni ſubiacet ) iuxtà ac ſuccedaneus homicida, capitali ſententia feriri debet.

COROL-

## COROLLARIA.

I. *In criminatione Assasinij, non imperatæ, sed perpetratæ cædis, locus & tempus designandum est,*

II. *Si alia pœna statuto loci mandati, alia statuto loci delicti, in sicarios constituta est: hanc, non illam, mandans & mandatarius luere debent.*

III. *Laicus, qui in necem hominis, operam suam clerico accommodauit: nequicquam cum eo, vt consorte sceleris, ad tribunal Ecclesiasticum remitti postulat.*

IV. *Qui post admissum Assasinij facinus, mutandi & fraudandi iudicij causa, primum ordinem clericalem suscepit; à Iudice sæculari, absq; vlla solenni degradatione, morte mulctari potest.*

V. *Homicida absens, ad pœnam exposcitus, à quolibet Magistratu sæculari dedendus; & ad eum Iudicem, sub cuius ditione scelus peregit, remittendus est.*

# DECISIO, SEV APPARATVS IVRIDICVS, QVÆstionis de imperato homicidio.

## QVAESTIO.

VTrum Mandator homicidij, ordinaria Legis Corneliæ de Sicarijs pœna, vnà cum mãdatario, in loco commiſſi delicti, puniri debeat: nec ne?

VT præſentis controuerſiæ ſtatus in propatulo ſit omnibus, & ea quæ pro illius reſolutione, paulò mox allaturi ſumus; & maiorem fidem habeant: & ex aſſe (quod aiunt) intelligantur: viſum eſt initiò, Præmunitiones quaſdam conficere; & veluti promulſidem, & propymata, ante ipſam cœnam apponere. Nam, vt affirmat magnus docendi & diſceptandi magiſter Ariſtoteles, ἐκ προγινωσκομένων πᾶσα διδασκαλία *ex præcognitis fit omnis doctrina*: *lib. 6. Eticor. cap. 3. lib. 1. Metaph. tex. 48. lib. 1. Poſterior. cap. 1. & lib. 2. cap. vlt. lib. 6. Topic. loc. 17.* Præfationes autem, & præludia, hoc habent proprium, quod in animis legentium, ſtudium & lubentiam excitent: ac intellectui cognoſcenti præluceant, remque difficilem & obſcuram; ſuo interuentu, facilem & perſpicuam reddant: *teſte Gaio, I. C. in l. 1. ff. de Orig. Iur.* Sit itaque.

## PRÆMVNITIO. I.

HOmicidium ità arbitratu meo commodè definitur. EXANIMATIO HOMINIS AB HOMINE NON IVRE FACTA. Exanimationem loco generis poſui. hac enim voce, feralis iſtius actus natura optimè exprimitur. *l. item Mela, 11. § Celſus, 3. ff. ad L. Aquil. c. quod verò. 32. q. 2*, Cædis nomen anguſtius patet, & notationi quàm definitioni aptius eſt. *c. homicidium. 23. q. 5. l. ita vulneratus.*

Petr. Greg. Thol. lib. 36. c. 15. nũ. 5.

51. *in pr. ff. ad L. Aquil. iun. l. qua actione. 7. § 1. ff. eod. l. 1. § occisorum. 17. ff. ad S. C. Syll.* Addidi, hominis: id est corporis naturalis humana specie, & anima rationali præditi. Humana siquidem facies, ad similitudinem pulchritudinis cælestis figurata est. *tex. in l. si quis 17. C. de pœnis. c. interfecisti. 2. ex. de homicid. c. hæc imago. 33. q. 5.* & ex ea, quinam simus præcipuè cognoscitur, *inquit Aristoteles, sect. 36. Probl. 1. & Iulius Paulus. in l. cum in diuersis. 44. ff. de Religios. & sumpt. funer.* Iam verò quod anima rationali caret, homo dici non potest. *tex. c. in quadam. 8. de Celebr. Missar. c. cum Christus. 7. de Hæret.* Nam ὁ τεθνεὼς ἔχει τὴν αὐτὴν τοῦ σχήματος μορφὴν ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος mortuus homo quanquam figuræ formam habet eandem, tamen homo non est, inquit idem Philosophus *lib. 1. de Part. animal. c. 1.* Atque ex hoc fundamento, existimant nostri Doctores, partum, qui ad monstrum prodigiumq; declinat, & belluinam potiùs quàm humanam formam repræsentat, impunè occidi posse: *per l. non sunt liberi. 14. ff. de Stat. hom. l. quod certatum. 3. C. de posth. hæred.* eum verò, qui corpori inanimato caput amputauit, neq; irregularem, neq; homicidam esse; quamuis animum occidendi habuerit. Sed & ipsæ leges, cum de abacto partu agitur. ità demum mulierem pœnæ Legis Corneliæ subiacere volunt, si fætum formatum & animatum abigat. *l. Cicero. 39. ff. de Pœn. l. penult. C. ad L. Corn. de sicar. c. consuluisti. 2. quæst. 4.* quod si informem adhuc, & inanimum perdat, extrà ordinem mitiùs coercendam censent. *l. Diuus 4. ff. de Extraord. crim. l. si mulierem. 8. ff. d. t. ad L. Corn. de sicar. facit c. sicut ex literarum, 20. ex. de Homic.*

Damhoud. in prax. cri C. 84. num. 50.

Carer' in prax. de Homicid. in pr. num. 21. & seq.

Couar. in Clement. si furiosus par. 2. §. 3. num. 1. de Homicid.

Cuiac. lib 27. obs. cap. 7. Ant. Gomes. lib. 3. Var. Resol. cap. 3. num. 52.

b 2. Reg. c. 1. Petr Greg. Tholos. lib. 36. c. 22. Ludou. Carer. in prax. crimin. de Homic. quæst. 1.

Dixi verò hominis, absolutè, & indistinctè, nam neq; seipsum interficere licet, *tex, c. si non licet, c. non est nostrum. 23. quæst. 5. l. omne. 6. §. qui se vulnerauerit. ff. de Re milit. l. fin. § si quis autem ff. de Bon. eorum qui ant. sent. mort. &c.* Neq; alium, etiam volentem, [b] *per l. liber homo, 13. in pr. ff. ad L. Aquil. & l. Lege Cornelia. 4. ff. ad L. Corn. de sic.* Neq; seruum, siue proprium, siue alienum; *§. 2. Instit. de his qui sui vel alien. iur. sunt. l. inde Neratius, 23. §. si dolo. 9. ff. ad L. Aquil. l. ex morte. C. eod.* neq; infantem; *l. pen. C. d. t. ad L. Corn. de sic.* Neq; fæminam: *l. si quis. 38. § qui abortionis 5. ff. de pœn.* nam & fæminæ hominis appellatione continentur. *l. hominis. 152. ff. de V. S. l. Mauius. 66. § 1. ff. de leg. 2. l. 3. §. 1. ff. de lib. hom. exhib. l. 3. §. 1. ff. Vnde legit: l. 1. §. 1. ff. de leg. præst. l. omnes omninò. 6. C. de Agricol. & censit. lib. 11. (quidquid dicat Cuiac. lib. 6. obseruat. c. 21. per d. l. si quis 38. §. qui abortionis 5. ff. de*

Pœn. vbi

*Pœn. vbi mulier homini opponi videtur, cui addi potest c. si aliquis. 5. ext, de homicid. & c. hæc imago. 33. q. 5.* ) Et generaliter, hominem homini, cuiuſcunq; conditionis ſit, inſidiari nefas eſt : *l. 1. §. 2. ff. ad L. Corn. de Sic.* quia natura cognationem quandam inter nos conſtituit, *tex. l. vt vim. 3. ff. de iuſt. & iure* & pene ſimilis eſt omnium hominum natura, *tex. l. veteris. 13, C. de contr. & comm. ſtipul.* quodq; ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt, omnes liberi. *l. quod attinet 32. ff. de Reg. iur. § ius autem gentium. Inſtit. de I. N. G. & C. § 1. Inſtit. de libertinis. l. manumiſsiones. 4. ff. de Iuſt. & iure. l. adoptiuus. 14. § 2. ff. de R. N. l. Lege. 12. Tab. 14. C. de legit. hered. l. hos accuſare. 12. § fin. ff. de accuſ. l. ſi quod dominus. 64. ff. de condict. indeb.* Subieci, ab homine, quando enim homo à bruto animali perimitur, non homicidium, ſed pauperies dicitur. *tot tit. Inſtit. & ff. ſi quadr. paup. fecis. dic. Iul. Paulus lib. 1. ſent. tit. 17.*

Poſui deniq; non iure facta: ad excludendos eos caſus, quibus homines iure occidi poſſunt, vt cum miles hoſtem, iudex vel eius miniſter nocentem, aut reſiſtentem occidit. *tex. in c. ſi non licet. § ſed his exceptis. & c. ſi homicidium c. homicidas. 23. quæſt. 5. l. quemadmodum. 29. § penult. ff. ad L. Aquil. l. ſi ſeruus. 4. C. de his qui ad Eccl. confug.* vel cum quis ſui defendendi cauſa aggreſſorem interficit. *l. vt vim. 3. ff. de Iuſt. & iur.* Iuris enim executio non habet iniuriam. *l. iniuriarum. 13. § 1 & § quæ iure. 6. ff. de iniur.* & vim vi defendere, omnes leges omniaque iura permittunt. *tex. in c. ſignificaſti. 18. in fin. de homic. tex. in c. ſi verò. 3. de ſent. excom. tex. in l. ſcientiam. 45. § qui cum 4. ff. ad L. Aquil.* quod autem legitimè fit, nullam pœnam meretur. *tex. in l. Gracchus. 4. C. ad L. Iul. de adult. l. ſancimus. 25. C. de adminiſtr. tutor.* & nemo damnum dat, niſi is qui id facit, quod facere ius non habet. *l. nemo 151. ff. de Reg. iur.*

## PRÆMVNITIO. II.

HOmicidium variè I. C. diuidunt: nobis præcipua videtur illa diuiſio, qua homicidium diſtinguitur, in VOLVNTARIVM ET CASVALE *l. 1. § Diuus. 3. in fine. ff. ad L. Corn. de ſic l. 1. & l. eum qui 5. C. eod. l. perſpiciendum. 11. § pen. ff. de Pœn. tot. tit. de Hom. volun. & caſu. Plato. lib. 9. de legibus.* Voluntarium eſt, quando quis dolo malo & animo deliberato hominem occidit. *d. ll. & l. in lege Corn. ff. ad l. Corn. de ſic. c. 1. in pr. verſ. ſi quis hominem. de Pac. tenen. & eius violator,*

*in vsib. Feud.* Casuale est, quod quis citrà animum & intentionem occidendi committit. *d. l. eum qui. & c. lator. 9. c. dilectus. 13. cum trib. sequen. c. Ioannes. 23. & c. vlt. de Homic. c. 1. c. frater. c. quantum. c. hi qui. c. sæpè contingit. c. si duo. 50. dist.*

Potest prætereà homicidium diuidi: in HOMICIDIVM VERVM, & QVASI; *tex: in c. Henricus. 2. de cler: pugnan. in duel: iun: l. huic scripturæ. 15. ff. ad L. Aquil;* formularia scilicet & familiari Iurisc͠osultis diuidendi ratione; apud quos, frequens est appellatio, quasi delicti. *§ sequens. Instit: de Obligat: l. 1. ff. de O. & A.* quasi Ecclesiæ. *l. Ariani. 5. C. de Hæret: & Manich:* quasi serui. *l. si pupilli. 6. § si quis. 5. ff. de Negot: gest:* quasi domini. *l. si liber: 36. ff. eod.* quasi possessionis. *c. querelam. 24. c. in Genesi. 55. de Elect. c. cum Ecclesia. 3. de caus. possess. & propr. c. si diligenti. 17. de Præscript. l. si quis diuturno. 10. in pr. ff. Si seruit. vindic. l. quod est 3. § pen. ff. de vi. & vi. arm.* quasi vsusfructus. *l. 2. in fin. ff. de vsusfr. ear. rer. quæ vsu consum. § constituitur 2. Instit. de vsufr.* quasi castrensis peculij. *l. vlt. C. de inoff: test. § fin. Instit. de Milit. test.* quasi agnationis. *§ Posthumorum. Instit. de Exhered. liberor.* quasi vsucapionis. *§ sed istæ. Instit. de Action.* & similiũ.

VERVM homicidium est, cum quis vel ipse per se; vel per alium, hominem viuentem exanimat. *c. Henricus 2. de Cler. pug. in duel.* QVASI homicidium verò, cum quis, re ipsa quidem, non occidit: tamen, vel propter voluntatem & conatum occidendi; vel propter periculum pessimi exempli; vel propter aliquam aliam causam, pro homicida habetur, & punitur. Exempla huius homicidij passim occurrunt in iure vtroq;. Talis homicida est is, qui cum telo hominis occidendi causa in publico ambulauit. *l. is qui cum telo 7. C. ad L. Corn. de sic. l. 1. in pr. ff. eod. l. in eadem causa. 3. § 1. ff. ad L. Iul. de vi publ. & c. § item lex. Cornelia 5. Instit. de publ. Iud.* qui infantem in solitarium locum, vt inedia periret, exposuit. *l. necare. 4. ff. de agnosc. & alend. liber. l. 2. C de Infant. expos. c. vlt. 87. dist.* Iudex, qui in caput fortunasque hominis pecunias accepit. *l. 1. ff. ad L. Corn. de Sic.* qui seipsum euirauit *l. lege Cornelia 4. ff. ad l. Cor. de sicar. c. si quis absciderit. 55. dist. c. 21. & 22. in Can. Apost.* qui sterilitatis poculum alteri dedit *c. si aliquis 5. de Homic.* qui hominem liberare potuit à morte, & non liberauit. *c. sicut dignum. § illi etiam. d. t. de Homic. & similes.*

PRÆ-

# PRÆMVNITIO. III.

HOmicidium eſt vnum ex illis criminibus, quæ quis non per ſe tantùm, ſed etiam per alium, dolo malo committere poteſt *tex. in l. is qui cum telo. 7. C. ad L. Corn. de ſic. tex. in l. un. C. de Emend. ſeru. tex: in c. in quibusdam. 12. de Pæn. tex. c. felicis. § vlt. eod. tit. lib. 6. tex. c. continentiam. de Cler. percuſ. iun. l. defunctis. 5. C. Si reus vel accuſ. mort. fuer. & c. quoties. 5. de purg. Canon. l. vn. § ne autem hoc C. de Cad. toll.* Itaq; locus hîc eſt illi regulæ; Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum. *c. poteſt. 68. de Reg. Iur. lib. 6.* Per alium occidit, qui vel mandat homicidium fieri; vel ſuo nomine factum ratum habet; vel conſilium aut cauſam aliquam præbet. *c. ſicut 6. § 2. c. ſuſcepimus. 10. c. de cætero. 11. c. ſignificaſti. 18. § nos in præmiſſo. ex. de homic. c. Henricus 2. de Cler. pug. in duel. l. qui occidit 30. § pen. ff. ad L. Aquil. l. nihil. intereſt 15. ff. ad L. Corn. de ſic.*

Mandatum homicidij, vel gratuitò vel precio interueniente ſuſcipi ſolet. *l. Cicero 39. ff. de Pæn:* & vtrumq; tam ſcilicet mandantem quàm mandatarium ad pœnam obligat. Nam quod Vlpianus & Paulus aiunt; Rei turpis nullum eſſe mandatum. *l. ſi remunerandi. 6. § rei turpis. 3. l. ſi mandauero. 22. § qui ædem. 6. ff. mandati.* Id itá exaudiendum eſt, inter mandantem & mandatarium, nullam ex mandato oriri obligationem: neque alteri in alterum dari mandati actionem, directam vel contrariam: vtrumq; tamen propter mandatum homicidij, vel priuatis perſonis, quæ damnum paſſæ ſunt; vel ipſis legibus obnoxium eſſe, & vltioni tam publicæ quàm priuatæ ſubiacere. *l. locatio. 9. § quod illicitè 5. ff. de publ. vect. & com. l. prætor edixit. 7. § 1. ff. de iniuriis l. prætor ait. 2. § 1. ff. vi bonor. raptor. l. vn. C. quã. Ciu. act. crim. præiud. l. interdum. 4. ff. de publ. iud. l. in eum. 15. ff. de accuſ. l. ſi quis homicidij. 11. C. eod.* Ex delictis enim etiam obligamur. *l. 1. l. ex maleficio. 4. l. actionum. 25. l. obligamur. 62. in pr. & § ex peccato. 8. ff. de Oblig. & Act. § fin. Inſtit. eod. tot. tit. Inſtit. de Oblig. quæ ex delict. naſc.* ſine conſenſu quidem noſtro, ex vi tamen iuſticiæ, & naturalis rationis, quæ vbi adeſt, obligatio naturalis conſtituitur. *l. Stichum. 95. § naturalis. 4. ff. de ſolution: l. cum amplius. 84. § is natura debet ff. de Reg: Iur: Couar: in c. alma mater. par: 1. § 10. num: 10.*

Mandatum homicidij, pecuniæ nomine ſuſceptum, vel potiùs ipſum homicidium ex mandato profectum; ſiue mandatarius ſit Chriſtianus, ſiue infidelis, communiter. D. D. Assasinivm. indigitant;

Nauar. in man. 27. n. 43. Did. Couar. Var. Res. lib. 2. c. 20. num. 10. Tholos. lib 36. c. 15. num 16.

digitant; sed impropriè. Propriè enim Assasinium est, cum in necem exitiumq; hominum Christianorum operam suam accommodant Assasini, certi scilicet infideles, quos alii ex Syria. *Volateran: lib. 11. c. de sectis Syriæ* alii ex Perside profectos credunt. *Paul. Ven. in Ind: Orient. August: Curio Sarac. Hist: lib: 3. Guilel: Tyrius lib: 20. c. 31. Neubrigen. lib. 4. c. 22. lib. 5. c. 14. Paul. Aemil. lib. 5. & 7. de Gest. Franc: Polydor: Virgil: lib. 16. Histor: Angl.* Atq; in huiusmodi Assasinij auctores, grauissimæ constitutæ sunt pœnæ in Concilio Lugdunensi sub Innocentio IIII. *c. 1. de homicid. lib. 6.*

Dixi, non tantùm eum qui mandat, sed etiam qui ratum habet, aut consilium dat, & persuadet, occidere. In delictis enim, ratihabitio mandato comparatur. *tex. in l. hoc iure. 152. § in maleficio. ff. de Reg. Iur: tex. in l. 1. § sed si quod. 14. l. quod est. 3. § cum procurator. 10. ff. de vi & vi armat. tex. c. cum quis 23. de sent: excom. lib: 6. tex. c. cum ad sedem. 15. in fin. de Rest: spol: Clem: 1. in pr. de pœn: c. felicis. 5. eod. tit. lib: 6. Facit tex. in c. ratihabitionem. 10. de Reg: Iur: in 6. l. semper. 60. ff. eod: l. vero procuratori. 12. § fin: ff. de solut: c. fin: de iureiur. lib: 6. c. si tibi. 17. de Præb: eod: lib: l. vlt: C. ad S. C. Maced: l. & qui seruo. 7. C. quod cum eo qui in alien: pot. est neg: gest: es: dic. l. si fundus. 16. § 1. ff. de pign: & hypoth. l. alia res. 20. ff. de pignorat: act: l. si pupilli. 6. § item quæritur. 9. l. Pomponius. 9. l. si ego. 24. ff. de Neg: gest: l. licet. 56. ff. de Iud. l. iusto errore. 44. § 1. ff. de vsurp: & vsucap.* Et consilium mandatum quoddam est, mandatarii gratia factum. *§ tua tantum. 6. Instit: de mād. l. 2. in fin; ff. mand:* quod, licet in contractibus regulariter non sit obligatorium: tamen in delictis ad pœnam obligat: maximè, si sine consilio mandatarius non erat facinus admissurus. *l. 1. § persuadere. ff. de seru. corrup: l. aut facta. 16. in pr. ff. de pœn: l. si quis. 3. in fin. C. ad L. Iul: Maiest: l. non solum. 11. § Attilicinus. 6. ff. de iniur: l. qui seruo. 36. in pr. ff. de Furt: l. hæc verba. 12. ff. ad L. Iul: de adult: l. 1. § qui puero. ff. de extr: crim. l. 1. § incidit. 13. ff. ad S. C. Turpillian. l. sæpè. 53. § 1. ff. de V. S. c. sicut. 6. de Homic. Clem. 1. de pœn: c. felicis. eod: tit: lib: 6. c. nuper. 29. de sent: excom: facit. l. consilij. 47. ff. de Reg: Iur: c. nullus. 62. eod: tit: lib: 6.*

## PRÆMVNITIO. IIII.

POENA ità definiri potest: COERCITIO DELICTI, AD DISCIPLINÆ PVBLICÆ EMENDATIONEM, AVCTORITATE MAGISTRATVS

TVS

TVS FACTA. Genus in hac definitione est COERCITIO. hoc enim nomine, essentiam illius optimè exprimi existimo, *cum Paulo. l. in lege. 7. ff. ad L Corn: de sic: & Vlpiano in l. 1. in fin: ff. de Pœn. l. aliud fraus. 131. § 1. & l. hæc stipulatio. 200. ff. de V. S.* vnde passim in iure, coercere, pro punire, & coercitio pro pœna sumitur. *c. 1. de Off: de leg: c. cum contingat. 13. de For: comp: c. 2. de his quæ fi: à maior. part: capit: l. 1. & 2. ff. de Legib: l. sed & si quis. 4. in pr. ff. si quis caut: in Iud: sisten: cau: d. l. fin: ff. de Off: eius cui mand: est iurisd: l. 1. in pr. ff. de eo per quem fact. est &c. l. 2. ff. de in ius voc: l. locum. 17. § 1. ff de vsufr. l. si verò. 5. § prætor ait. 11. ff. de his qui effud: vel deiecer: l. doli. 5. § hæc actio. 2. ff. de seru: corrupt: l. 2. ff. de fugitiu. l. eleganter. 24. § fin: ff. de pignor: act: l. 1. in pr. ff. quod cuiusq: vniuers: nom: &c. l. metum: 9. § cum autem 8. ff. quod met: cau: l. fin: ff. de Furt: l. si quis iniuriam. 35. ff. de iniuriis. l. si medicus. 3. ff. de var: & extra ord: cognit: l. neq; 19. C. de pœn: l. sanctio. 41. ff. eod: l. quinq; summates. 57. C. de Decurion: lib: 10.*

Adnecto, DELICTI: vbi enim noxia siue delictum non est, ibi pœnæ locus esse non potest. *tex: l. sancimus. 22. C. de pœn: l. crimē. 26. ff. eod: c. sine culpa. 23. de Reg: Iur: in 6. c. 2: ext: de Constit: c. 2. de his quæ fiunt à maior. par: cap: c. Romana. 5. § fin: de sent: excom: lib. 6. l. 2. § 2. ff. de Decurion. l. & qui originem. 3. § quod pater. 9. ff. de muner: & honor: l. non debet. 74. ff. de Reg: Iur: c. non debet. 22. eod: tit: lib: 6. tot. tit: C. ne filius pro patre. &c.* Porrò, delicti appellatione complector omne id, quod accusatione & animaduersione dignum est; ita, vt hoc in loco nullum statuam discrimen, inter delictum, crimē, peccatum, & maleficium: licet enim hæc nomina quodammodo distare videantur. *l. quid sit fugitiuus. 17. § noxas. 18. ff. de Ædil: edict: tot: tit: C. de maleficis & mathem: iun: gl: in c. peccatum. de Reg: Iur: in 6.* passim tamen in iure confunduntur. *l. aliud fraus. 131. in fin: ff. de V. S. § placuit. 7. Instit: de Oblig: quæ ex delict: nasc: l. & in priuatis. 3. ff. ad S. C. Turpillian: l. 1. § fin: & l. perspiciendum. 11. § 2. ff. de pœn: l. 2. ff. de re mil: l. 1. ff. de veter: & mil: succes: l. moueor. 4. C. si seruus export: veneat. l. vn: C. de Emend: seruor: l. 1. C. si aduer: delict: c. vnum orarium. § nomine criminis. & § criminis. 25. dist: c. Apostolus. 81. dist: l. obligamur. 52. ff. de Obl: & Act: l. vlt: ff. de var: & extr: cogn: l. eum qui. 18. in pr. ff. de iniur: l. si qua pœna. 244. ff. de V. S. in pr. Instit: de Obl: quæ ex delict: nasc: l. qui iniuriæ. 53. ff. de Furt: l. ex maleficio. 4. ff. de O. & A. l. 1. in pr. ff. si famil: furt: fecis: dic: l. Diuus. 14. ff. ad L. Corn. de sic.*

Subiicio, AD DISCIPLINÆ PVBLICÆ EMENDATIONEM.

NEM. Licet enim quædam pœnæ emendandorum reorum causa sint institutæ. *l. si pœna.* 20. *ff. de pœn: l. vn: C. de Emend: propinq. c. cum in cunctis.* 7. *in fin: de Elect: c. vt Clericorum.* 13. § 1. *de. vit: & honest: c. prodest seueritas.* 23. *q.* 5. *c. & qui emendat.* 45. *dist:* (quas pœnas Aristoteles remedia delinquentium appellat) *lib:* 1. *Rhet: ad Theod: c.* 14. tamen præcipuus pœnarum finis est, vigor publicæ disciplinæ, & publica vindicta. *tex: in l. locatio.* 9. § *quod illicitè* 5. *ff. de Publ: vectig: & commiss: l. vxor:* 7. *in fin: C. de Repud: l. cum aliquid.* 8. *& l. seq: C. vbi caus: fisc: vel diu: dom: &c. tex: eleg: Nouell:* 30. *c. fin: in pr.* vt videlicet exemplo pœnæ edito, deterreantur cæteri. *l. quoniam.* 7. *C. ad L. Fab: de Plagiar: l.* 1. *C. ad L. Iul: repetund. l. quicunq;.* 8. § *vniuersi.* 3. *in fin: C. de Haret: & Manich. l. bona fides.* 31. *in fin: pr. ff. Depos: l. moueor.* 4 *C. si ser: export: ven: c.* 1. *c. quanto.* 3. *de Transl: Episc: c.* 1. *de Maledic: c.* 2. *de Calumn: c. ad liberandam.* 17. *de Iud: & Sarac: c. irrefragabili.* 13. § *cæterum. de Off: ordin: c. vlt: de stat: Monach: c. quapropter.* 2. *q.* 7. *c. ea vindicta.* 23. *q.* 4. *l. præsens lex.* 57. *C. de Episc: & Cler:* Et ne facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi. *tex: in. d. c. vt Clericorum.* 13. § 1. *de vit: & honest: Cler: tex: in c. est iniusta.* 23. *q.* 4.

Posui deniq; AVCTORITATE MAGISTRATVS FACTA: Par enim in parem non habet imperium. *tex: c. innotuit.* 20. *de Elect: l. ille à quo.* 13. § *tempestiuum.* 4. *ff. ad S. C. Trebell: l. nam magistratus.* 4. *ff. de Recept: & arb:* nec est singulis concedendum, quod per magistratum publicè fieri potest. *tex: in l. non est.* 176. *ff. de Reg. Iur: l. si quis in tantam.* 7. *C. vnde vi.* & ideò iudiciorum vigor, iurisque publici tutela, in medio constituta est; ne quisquam sibi ipsi permittat vltionem; *tex: l. nullus.* 13. *C. de Iud: & coelicol:* imò, homicida est, qui sicarium, aut alicuius alterius criminis reum, priuata auctoritate interimit. *c. quicunq; percutit.* 23. *q.* 8. *c. ille gladium. ead: q.* 4. dignusq; vltimo supplicio, quod reum publicæ subtrahat vltioni. *l. quicunq;* 9. *C. de Malefic: & Mathem: Facit tit: C. Ne quis in sua cau: iud: &c. & tit: C. quan: lic: vnicuiq;. sine iud: se vind. &c.*

Nic. Boer. Dec. 53. n. 5.

## PRÆMVNITIO. V.

PRIMA Diuisio pœnæ est, in ORDINARIAM ET EXTRAORDINARIAM. Extat hæc diuisio *in c. de causis.* 4 *de Off: deleg: l.* 1. *C. Vbi de crim: agi: opor: l.* 1. § 1. *ff. de Effract:* ORDINARIA pœna est, specialis alicuius delicti coercitio, lege, statuto, vel consuetudine

introdu-

introducta. *l. sanctio legum. 41. ff. de pœn: l. aliud fraus. 131. § 1. & l. si qua pœna. 2 44. ff. de V. S.* vnde legitima, & legum pœna dicitur *tex: in l. stellionatus. 3. § penult: ff. de Crimine stell. l. ordo. 8. ff. de Publ: iudic.* Hanc pœnam vel tollere, vel augere vel diminuere sine iusta, & peculiari causa, iudex non potest. *l. 1. § quorum. 4. ff. ad S. C. Turpill: l. ordine. 15 ff. ad Municipal. l. quid ergò. 13. § penult. ff. Ex quib: cau: infam: irrog: l. etsi seuerior. 3. C. eod: l. si operis: 114. C. de pœn: § 1. Instit: de Off: Iud: c. 1. & c. ne innitaris. 5. de Constitut: c 1. de Sent: & re iud.* Iudex enim non debet esse clementior ipsâ lege, *tex: in Nouell: 82. c. 10. l. prospexit. 12. § 1. ff. Qui & à quib. manumiss: liber. non fiunt.* Et ideò, si in criminalibus pœnam minuit, infamia notatur. *l. seruos. 8. § 2. C. ad l. Iul: de vi publ: vel priua.* aut ea pœna, quam leges crimini irrogant, punitur. *l. 3. in fin: C. Ne sanct: Bapt: iteret.*

EXTRAORDINARIA pœna est, quæ ex arbitrio iudicis pendet, & pro variis personæ & facti circumstantiis, modò grauior, modo mitior infligitur. *l. 1. § 1 ff. de Effractor: c. dilectus. 11. de pœn. c. sicut dignum. 6. in pr. ext: de Homicid: c. vlt: de Transact: c. de causis. 4. de Off: deleg: l. perspiciendum. 11. l. hodiè. 13. l. aut facta. 16. § 1. & § vlt: ff. de pœn: l. non omnes. 5. in pr. ff. de re mil: l. auxilium. 37. § 1. vers: in delictis. ff. de minor. l. Diuus. 31. ff. ad L. Corn. de Fals: l. eiusdem. 3. § legis. 5. ff. ad L. Corn. de sic. l. qui cum maior. 14. § si tamen. 4. ff. de Bon: libert.* Huic pœnæ tunc demùm locus est, quando vel nulla certa & specialis pœna delicto est imposita, vt accidit in extraordinariis, & nonnullis priuatis & publicis delictis. *tot: tit: ff. de Extraord: crim. l. stellionatus. 3. § penult. ff. de Crim. stell: l. fin: ff. de Furt: l. fin: ff. de iniur: l. lex Iulia. 7. § vlt: ff. ad L. Iul. repetund. l. fin: ff. de L. Fau: de plagiar. l. Lege Iulia. 4. § 2. & l. sacrilegij. 6. ff. ad L. Iul: peculat: l. & in priuatis. 3. ff. ad S. C. Turpill.* vel quando Iudex, ob certam personæ circumstantiam, vel admissi criminis qualitatem, à pœnis legum deflectit ac recedit: quod eum facere posse. paulò ante docuimus. *& patet præterea ex l. 2. ff. de Term: mot: l. Pædius. 4. § 1. in fin: ff. de Incend: ruin: naufr: l. qui cædem. 16. ff. ad L. Corn. de sic. l. famosi. 7. § 3. ff. ad L. Iul: Maiest. l. prætor ait. 7. § præterea. 2. & §§ seqq. ff. de Iniur. l. atrocem. 4. C. eod. § atrox. Instit. eod. l. 1. & l. veteranis. 3. ff. de veteran. c. sanè 11. de Off. deleg. c. 1. de Calumn. c. cum beatus. & c. omnis. 45. dist. c. qui contra. 24. q. 1.* dum modò modum non excedat; id est, pœnam, nec nimiùm exacerbet, nec nimiùm leniat ac minuat. *d. l. hodie. 13. ff. de pœn. ex qua l. colligũt nonnulli * omnes pœnas hodie esse extraordinarias.*

* Cuiac. lib. 8. obs. 33. Vult. lib. 1. Iurispr. Rom. c. 54. n. 28. Gothofred. ad l. ordo. 8. ff. de publ. Iud.

Secundo diuiditur pœna, in CAPITALEM & NON CAPITALEM *l. 2. ff. de Publ. iud. § publicorum. 2. Instit. eod.* Capitalis pœna propriè est mors naturalis, quæ aliquando pœna sanguinis. *l. transigere. 18. C. de Transact. l. vlt. C. si reus vel accus: mort: fueri. l. 1. ff. de Bon: eor: qui ante sent: mort: sib: consciu. l. quoniam. 6. C. ad L. Iul: de vi publ: & priu. l. vlt: ff. de præuaric.* aliquando vltimum supplicium dicitur. *l. vltimum supplicium. 21. & l qui vltimo. 29. ff. de pœn: l. 1. § fin: ff. ad L. Corn. de Fals:* Interdum tamen etiam mors ciuilis, pœna capitalis appellatur. *d. l. 2. ff. de publ: iud: & § publicorum. Instit: eod: l. 2. in pr. l. si quis fortè. 6. in fin: l. capitalium. 28. in pr. ff. de pœn: l. 1. & l. falsi quidem. 5. C. ad L. Corn: de Fals: l. qui cum maior. 14. § is demum. 3. ff. de Bon: libert: l. eum patronum. 10. ff. de Iure patronat: l. licet capitalis. 103. ff. de V. S.* Non Capitalis pœna est, quæuis alia coercitio ad capitis periculum non pertinens. *l. cognitionum. 5 § minuitur. 2. ff. de Var: & extraord: cognit: d. l. capitalium. 28. § 1. ff. de pœn.*

# PRÆMVNITIO. VI.

IN IVRE CIVILI voluntarii homicidii pœna ordinaria ex lege Cornelia de Sicariis est MORS, siue vltimum supplicium. *tex: in § item lex Cornelia. Instit: de publ: iud: tex: in l. eiusdem. 3. § legis. 5. & l. penult. ff. ad L. Corn: de sic: l. si quis. 8. C. eod: l. Diuus. 15. & l. si quis. 38. § qui abortionis. 5. ff. de pœn: l. quoniam multa. 6. C. ad L. Iul: de vi publ: vel priu: l. nemo. C. de Episc: audient. l. vn: vers. & meritò. C. de Rapt: virgi. l. 1. ff. ad L. Pompei. de Paricid:* quæ etiam pœna Iure Diuino in homicidas constituta est. *Exod. 21. Deut: 19. Leuit: 24. Numer. 35. adde. c. 1. ext: de Homic: c. omnis autem lex. 3. dist: ibi, qui cædem fecerit morte puniatur.* IVRE CANONICO, in foro contentioso homicidium voluntarium, vel ex communicatione. *c. itaq. 24. q. 3. c. si quis membrorum. 23. q. 8.* vel (si delinquens est clericus) depositione ab ordine coercetur. *tex: in c. cum non ab homine. 10. ext: de Iudic: c. tuæ 6. de Pœn: c. inquisitionis. 21. de Accus: canon. Apostolor: 64.*

Pœnā autem sanguinis Iudex Ecclesiasticus, non irrogat homicidis. *c. clericis. 5. c. scientiam. 9. Ne cler: vel mon: sæcul: neg. se immisc: c. vlt: eod: tit: lib: 6. c. in Archiepiscopatu. 4. de Raptorib:*

Casuale homicidium, quia fato adscribitur, extrà noxam & pœnam est. *l. 1. & l. eum qui. C. ad L. Corn: de sicar: l 1. § Diuus. 3. ff. eod: c. frater. 50. dist:* adeò, vt ne irregularitatem quidem mereatur.

c. lator.

*c. dilator. 9. c. dilectus. 13. cum seqq. ext: de Homicid:* Casus enim fortuitos, nullum humanum consilium præuidere potest. *tex: in c. vlt: de Homicid: l. 2. § si eo tempore. 7. ff. de Adm: rer: ad ciuit: pertin: tex: in l. qui fortuitis. 6. C. de pignor: act.* qui tam multi sunt, vt nec dici, nec numerari possint. *tex: in l. vlt: C. de Præscript: 30. vel 40. ann: l. inter. 15. & l. seq. C. de vsufr:* & ideò etiam nemini imputandi. *tex: in l. Iulianus. ff. Qui & à quib: manum. lib: non fiunt. l. si fortuitò: 11. ff. de Incend: ruin: nauf: l. si ex plagis. 52. § fin: ff. ad L. Aquil: l. milites. 12. in fine ff. de Custod: & exhib: reor. l. quare et aliquis. 135. ff. de V. S. l. contractus. 23. ff. de Reg: Iur: l. si vt certo loco. 5. § quod verò. 4. & l. in rebus. 18. ff. commod.* Quod si tamen culpa casum præcedat, vel homicida rei illicitæ operam nauet, homicidium impunitum remanere non debet: sed Iure Ciuili, extrà ordinem, pœna arbitraria coercendum est. *l. 1. § Diuus. 3. vers: sed si. & l. Lege Cornelia. 4. ff. ad L. Corn. de sicar. l. si putator. 31. ff. ad L. Aquil: arg: l. omne delictum. 6. § qui se vulnerauerit. 7. ff. de Re milit.* Iure autem Canonico, irregularitate adnotandum. *c. presbyterum. 7. c. continebatur. 8. c. suscepimus. 10. c. ad audientiam. 12. & c. vlt: de Homicid.*

# PRÆMVNITIO. VII.

IN quo territorio quis delictum perpetrauit, in eodem puniri debet. Quia delinquentes, ibi forum sortiuntur, vbi deliquerunt. *tex: in l. 1. & Auth: qua in prouincia. C. vbi de crim: agi oport: tex: exp: in l. si cui. 7. § pen: & l. vlt: ff. de Accusat: l. præses prouinciæ. 3. ff. de Off: Præsid: tex: l. vn: C. vbi de posses. agi oport: tex: l. si dum in tuo. 14. C. ad L. Iul: de Adult: l. solent. 7. & l. non est dubium. 11. ff. de Custod: & exhib: reor: l. desertorem. 3. ff. de Re mil: c. 1. & ibi gloss. gr. de Raptor: Nouel. 8. cap. 8. Nou: 69. c. 1. c. si illic. 23. quæst. 4. c. si peccauerit. 2. quæst. 1. l. 1. C. vbi senat: vel claris: ciuil: vel crim: conuen: l. euectiones. 3. C. de Curs: publ: lib. 12.* non ex consensu proprio, (vt quidam existimant; *apud Couar: in rel: c. alma mater: de sent: excom: lib: 6. par: 1. § 10. num: 10.*) Sed ex vi iustitiæ; quæ, vt à sceleratis sumendas esse pœnas docet; *l. 1. § 1. ff. si is qui in testam lib: es. ius. er. l. si à reo. 70. § fin: ff. de Fideius.* ità eo loco eas esse sumendas suadet, vbi crimina ediderunt: propterea præcipuè; vt vnius pœna, metus esse possit multorum; *tex: expr. in l. 1. C. ad L. Iul: Repet: Nou: 8. c. 8. in fine c. ad liberandam. 17. ext: de Iudæ. c. 2. de Calum. c. irrefragabili. 13. de off. Ordin: c. ea quæ. 8. de stat.*

*Monach*: c.1.c. *quanto.de Transl: Episc*: c. *quapropter* 2. *quæst.* 7. *l. bona fides*. 31. *ff. depos*. *l. Diuus Hadrianus*. 6. *in fin*: *ff. de Custod*: & *exhibit. reor*. & vt conspectu deterreantur alii, ab iisdem facinoribus; & solatio sit cognatis, & affinibus interremptorum, eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia fecissent. *vt loquitur Callistratus. I. C. in l. capitalium.* 28. § *famosos. ff. de Pœnis.*

Fatemur, iudicem domicilii, tam originis, quàm habitationis, posse animaduertere in suum subditum, etiam ob delictum extrà prouinciam commissum; *l. incola.* 29. *ff. ad Municip*: *l. relegatorum.* 7. § *interdicere*. 10. *ff. de interd*: & *releg*: c. *cum contingat*. 13. *de For*: *comp*: *clem*: *pastoralis. de sent*: & *re iudic*: *l.* 1. *C. vbi de crim*: *agi oport*: idque, siue procedat via ordinaria, & ad instantiam legitimi accusatoris: siue inquirat ex officio. (Nam Inquisitio loco accusationis est, & ideò recepta, ne deficientibus accusatoribus, impunita remaneant maleficia) *l. ea quidem.* 7. *C. de Accusation*: *l.* 1. § *quies.* 12. *ff. de Off*: *Præf*: *vrb*: *l. Diuus.* 6. *ff. de Custod*: & *exhib*: *reor*: *l.* 1. *C. eod*: *l. congruit.* 13. *ff. de off*: *Præsid. l. Lege Iulia.* 4. § 2. *ff. ad L. Iul*: *pecul*: *l. si quis in hoc.* 10. *C. de Episcop*: & *cler*: *Nouel*: 128. c. 21. Tamen si Iudex delicti, tempestiuè, & ante acceptum iudicium, absentem reum reposcat: Iudex domicilii, eundem, ad tribunal piaculare, omninò de Iure remittere tenetur. § *si verò quis comprehensorum in Auth. Vt nul*: *iud. lic. hab. loc. seruat.* Idem dicendum est de vagabundo: qui, quamuis in omni loco, in quo reperitur, conueniri & puniri possit: *l.* 1. & *ibi gloss. gr. C. vbi de criminib. agi opor*: tamen ad locum vbi facinus admisit, remittendus est, si id à Iudice loci delicti petatur. *Fachin. lib.* 9. c. 24. *Couar. Pract. quæst.* c. 11. *num.* 7.

Clarus. lib. 5. § fin. quæst. 29. n. 7.

His iam præmunitis, quæstioni propositæ, tribus respondeo Conclusionibus: ex quibus, more Academico, certa eliciam, & deducam Corollaria. Sit itaq;

## CONCLVSIO PRIMA.

**Homicidium, cui mandatum directam causam præbuit, tam mandantis, quàm mandatarij morte, ex L. Cornelia vindicandum est.**

Duplici

DVplici præsidio conclusionem hanc munio: AVTORITATIS, ET RATIONIS. Inter autores, Primipilatu dono Vlpianum, qui de hoc negocio ità sentit: Nihil interest, occidat quis, an mortis causam præbeat: *mandator cædis, pro homicida habetur. l. nihil interest. 15. ff. ad L. Corn. de sic.* Huic Secutores binos adiungo: Iulianum *in l. ità vulneratus. in pr. ff. ad l. Aquil.* & Paulum, *lib. 5. sent. tit. 27. § 5. & in l. & si 6. in pr. ff. ad S. C. Syllan. vbi ità loquitur: etsi percussor certus sit, tamen habendam esse quæstionem vt cædis mandator inueniatur.* Dehinc iuxtà Principia colloco, Innocentium IIII. Pont. Max. & Gordianum Imperatorem; quorum alter, in mandatores Assasinii, grauissimas pœnas decernit: *c. 1. de Homic. lib. 6.* alter, mandatores, & gestores criminum, pariat & iungit. *l. defunctis reis. 5. C. si reus vel Accus: mort. fuer.* & generaliter, de criminibus & iniuriis, ità edicit: Non ideò minùs, crimine siue atrocium iniuriarum iudicio tenetur is, qui in iustam accusationem incidit, quia dicit alium se huiusmodi facti mandatorē habuisse: namque hoc casu, præter principalem reum mandatorem quoque, ex sua persona, conueniri posse, ignotum non est. *l. non ideo minùs 5. C. de Accus.* Tandem, inter auxiliares cohortes, & quasi subsidii causa, constituo pleraq; Vlpiani responsa *quæ extant in l. non solum. 11. in pr. & § si mandatu. 3. ff. de Iniur. l. aut qui aliter. 5. § hæc verba. 8. & § vlt. & l. deniq; 13. § fin. ff. Quod vi aut clam. l. 1. § deiecisse. 12. & l. quod est. 3. § hoc interdictum. 12. ff. de vi & vi arm. l. furtim cæsa. 7. § siue autē. 4. ff. Arbor. furt. cæs. l. hoc iure vtimur. 152. ff. de Reg. Iur. l. si quis. 7. § vlt: ff. de Iurisd. om. iud.* Item *c. mulieres. 6. § 1. c. vniuersitatis. 24. c. vt famæ 35. de sent. excom. c. cum ad sedem. 15. de Rest. spol.* Et deniq;, illas communes iuris regulas: Qui per alium facit, perinde est, ac si faciat per se ipsum. *c. qui facit. 72. de Reg: iur. in 6.* Qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. *tex. c. vlt. de Iniur. tex. c. de cætero. 11. tex. c. Petrus Diaconus. 17. de Homicid. tex. l. prætor ait. 4. § sed etsi quis. 14. ff. vi bonor. raptor. l. quoniam. 6. C. ad L. Iul. de vi publ. vel priu.*

Iul. clarus. lib. 5. sent. § vlt. quæst. 89. Dāhoud. in prax. crimin. cap. 83. num. 6. Ant. Gomes. lib. 3 Var. resol. cap. 3. num. 39. VVesēb. ad tit. ff. ad l. Corn. de Sicar. num. 12. Iul. Pac. cent. 7. quæst. 66.

RATIO pro hac conclusione militans, est eiusmodi. Nunquam plura delicta in vnum concurrentia, faciunt vt vllius impunitas detur; neque delictum, ob aliud delictum minuit pœnam. *l. 2. ff. de Priu. delict.* Sed in casu nostro, sunt duo delicta; alterum mandantis, alterum mandatarii: Ergò punito mandatario, adhuc mandans puniendus erit. Minor probatur: Quoties enim plures simul delinquunt, non vnum delictum, sed plura numero destincta,



commit-

committere censentur; omnesque in solidum, ad eandem pœnam obligantur. E. G. Si plures simul album prætoris corruperunt, vel eum qui in ius vocabatur, vi exemerunt: vel trabe deiecta, hominem oppresserunt; vel seruum alienum vulnerauerunt; vel tignum furati sunt; vel alicui conuicium fecerunt; vel eandem arborem furtim ceciderunt, vel in sepulchro alieno terram congesserunt; aut hæc omnia fieri mandauerunt; omnes insolidum, dictorum maleficiorum pœnis tenentur, & vnum eorum pœnam luere non sufficit. *tex: in l. si quis id. 7. § fin: & l. seq. ff. de Iurisd: om. iud: tex: in l. penult. & vlt: ff. Ne quis eum qui in ius voc: vi exim. tex: in l. item Mela. 11. § si plures. l. ità vulneratus. 51. § 1. & § seq. in fin: ff. ad L. Aquil. tex. l. vulgaris. 21. § si duo pluresue. 9. ff. de Furt: l. 1. C. de condict. furtiu. l. 1. § fin. ff. si is qui testam: lib: esse &c. l. si plures. 34. ff. de Iniur: l. si plures. 6. ff. Arbor: furt: cæs: l. semper. 15. § si in sepulchro. 2. ff. Quod vi aut clã.*

Confirmatur, quia vt aliquando respondit. INNOCENTIVS III. WRATISLAVIENSI EPISCOPO. Facientem, & consentientem, par pœna constringit; *tex: c. nuper. 29. de sent: excom. tex: c. mulieres. 6. tex: c. vniuersitatis. 24. c. quantæ præsumptionis. 47. eod. c. 1. de Off: deleg. c. notum. 2. q. 1. c. omnes. 17. q. 4. l. iubemus. 14. § oeconomus. 2. C. de Sacr: Eccl: c. facientis. 86. dist: l. vtrum. 6. ff. de L. Pomp. de Parric. l. quisquis. 5. § pen. C. ad L. Iul: Maiest: l. vn. C. de Rapt: virg: c. felicis de Pœn: lib. 6.* Sed is qui mandat consentit; *l. 1. ff. mandati* & quodammodò cum eo contrahitur, qui iubet. *l. 1 ff. Quod iussu.* Ergò pari pœna cum faciente puniri debet.

Gaill. lib. 1. de PP. c. 1. n. 43. & lib. 2. c. 10. n. 26.

# COROLLARIVM. I.

## Vicarius interfector, qui per errorem Titium neci dedit, cum de Sempronio è vita eripiendo mandatum accepisset; vltimo supplicio, simul cum principe delicti, afficiendus est.

ÆTIOLOGIA COROLLARII HÆC EST. Error & ignorantia eius qualitatis, aut circumstantiæ, quæ non addit specia-

lem malitiam delicto; non excusat delinquentem, à pœna ordinaria illius delicti: Sed in specie huius corollarii, circumstantia personæ Sempronij in mandato apposita; non addit specialem malitiam delicto homicidii: Ergò error in persona Sempronij, non excusat à pœna ordinaria, Legis Corneliæ de Sicar. Maior probatur. Primo, autoritate Vlpiani, qui affirmat, eum qui æs surripuit, dum aurum esse putaret, errore qualitatis non excusari à furto. *l. vulgaris. 21. § 2. ff. de Furt.* & eum, qui alienum quid iacens, lucri faciendi causa sustulit, furti obstringi; siue sciat cuius sit, siue ignoret. Nihil enim inquit, ad furtum minuendum facit, quod cuius sit ignoret. *l. falsus. 43. § qui alienum. 4. ff. d. tit: de Furt. Simile quid habet idem Vlpianus, in l. si postulauerit. 27. § si liber homo. ff. ad L. Iul. de Adult. & l. doli. 5. § 1. ff. de Seru. corrup. l. aut qui aliter. 5. § si quis dum. 5. ff. Quod vi aut clam: & Iustinianus in § sed et si credat. 8. Instit. de Obl. quæ ex delict. nasc.*

Fachin. lib. 1. ca. 37. Ant. Gomes. lib. 3. Var. Res. cap. 3. num. 34. Iac. Thoming. dec. 38. Fer. Vasquius. lib. 3. Illustr. cõtr. c. 96. num. vlt. Dissentit Iacob Menoch. de Arbitr. iudic. caus. lib. 2. cas. 324. nũ. 11. Dãhoud. in prax. crimin. c. 85. num. 7.

Secundo, autoritate Pauli I. C. qui ità respondet: Si iniuria mihi fiat ab eo cui sum ignotus, aut si quis putet me Lucium Titium esse cum sim Gaius Seius; præualet quod principale est, iniuriam eum mihi facere velle: nam certus ego sum, licèt ille putet me alium esse quàm sum, & ideò iniuriarum habeo actionem. *l. eum qui. 18. § si iniuria. 3. ff. de Iniur: confer l. scientiam. 45. § pen. ff. ad L. Aquil.* Minor probatur. Nam in casu nostro, homicidium absque circumstantia personæ Sempronij consideratum, perfectum & voluntarium crimen est. Sicarius enim animum occidendi habuit, & dolũ malum, si non in specie, saltem in genere, (quod satis est) commisit. Et quamuis errauit in agnitione personæ, non tamen in corpore: neq; enim (vt in prouerbio est) faber concidit, cum feriret fullonẽ.

Couar. in rel. c. alma mater par. 1. § 10. num. 14. in fine.

Deinde, Iure Ciuili, is qui cum telo ambulat, hominis occidendi causa, etiamsi non occidat, pœna Legis Corneliæ tenetur. *tex: in l. is qui cum telo. 7. C. ad L. Corn. de sic. & l. 1. in pr. ff. eod. § item. lex. 5. Instit: de Publ: Iud.* Et is, qui amatorium poculum alicui, sine dolo malo præbuit, summo supplicio afficitur. *l. si quis. 38. § qui abortionis. 5. ff. de pœn.* Ergo multò magis prædictæ pœnæ subiacere debet ille, qui, & cum telo hominis occidendi causa ambulauit; & dolo malo hominem, licèt non eum quem volebat, occidit. Maioribus enim delictis, maior pœna infligi debet. *l. perspiciendum. 11. in pr. ff. de Pœn: l. Diuus Pius. 31. in pr. ff. ad L. Corn. de Fals.* & iuxtà modum culpæ, pœna imponenda est. *c. vlt: de Stat. Monachor. c. 2. de his quæ fiunt à maior. par. capit: l. sancimus. C. de Pœn: c. quia sanctitas tua. 50.*

*tua. 50. dist: c. non afferamus. 24. q. 1. l. addictos. 29. C. de Appell: l. vn C. de Emend: propinq.*

Hæ rationes, non in mandatario tantùm; ſed etiam in autore Aſſaſinii, locum habent. Is enim verè delinquit; cuius autoritate, vel mandato delictum committi probatur. *tex: in c. mulieres. 6. §1. & c. vt famæ. 35. de Sent: excom: l. is damnum. 169. ff. de Reg. iur.* Confirmatur, *ex c. vlt: de Homic: lib. 6.* vbi mandans quempiam vulnerari, tenetur de homicidio, ex eiuſmodi verberibus conſecuto: propterea, quod mandando in culpa fuerit, & hoc euenire poſſe cogitare debuerit: Ergo idem quoque dicendum eſt, in caſu huius noſtri Corollarii. Vbi enim eadem eſt ratio, ibi idem quoque ius ſtatuendum eſt. *l. illud. 32. ff. ad L. Aquil.* & cum ex vna radice vitiū naſcitur, conſequens eſt vt vna lege tollatur. *tex. l. penult. C. de Nupt.*

## COROLLARIVM. II.

### Aggreſſor mercenarius, qui hominem non occidit; ſed eniſus eſt, & vulnerauit, eâ mente vt occideret: pro homicida, ſociatim cum imperante, Iure Ciuili damnari debet.

Iul. Clarus lib. 5. § vlt. quæſt. 92. Couar. in clem. ſi furioſus. par. 2. in pr. num. 10. Gaill. de P. P. lib. 1 c. 14. num. 4. & ſeqq. VVeſemb. in Parat. ad tit. ff. ad L. Corn. de ſic. nū. 16. Menoch. de Arbitr. iud. cas. 360. Cuiac. 15. obs. 25 Aflict. decis. 21. nū 11.

IPſiſſima eſt Martiani I. C. ſententia, dum ait: eum qui hominem non occidit, ſed vulnerauit vt occidat, pro homicida eſſe damnandum. *l. 1. § Diuus Hadrianus. 3. ff. ad L. Corn. de ſic.* cui ſuccentāt, Iulius Paulus. *lib. 5. ſent: tit: 23.* § 2. & Bonifacius. VIII. *c. 1. de Homic. lib. 6.* qui in mandatores Aſſaſinij grauiſſimas pœnas decernit, quibus eos ſubiacere vult, etiamſi mors inde non ſit ſubſecuta. Nec mirum: Homicidium enim, inter atrocia delicta numeratur. *tex: l 1. C. de his qui accuſ: non poſſ: l 1. ff. de publ. iud. c. vlt: de temp. ordin. & qual. ordinand. c. inquiſitionis. 21. in pr. ext: de Accuſ. c. miror. 50. diſt. tex. in l. cum reis. 18. C. de pœnis.* In atrocioribus autem delictis, vbi deuentum eſt ad actum maleficio proximum, conatus æquè punitur ac effectus, & non exitus, ſed voluntas ſpectatur. *tex: l. Diuus. 14. ff. ad L. Corn. de ſic. l. fraudis. 79 ff. de Reg. iur.* Voluntate enim ac propoſito

posito distinguuntur maleficia, *tex: in c. cum voluntate. 54. de sent. excom: tex: in l. qui iniuriæ. 53. ff. de Furt: tex: l. quod Reipublicæ. 33. ff. de Iniur.* Vnde in crimine læsæ Maiestatis, eâdem seueritate leges puniunt scelus, & sceleris voluntatem. *tex: l. quisquis. C. ad L. Iul: Maiest.* & sollicitatores alienarum nuptiarum etiamsi adulterium perpetrare non potuerint, propter voluntatem tamen perniciosæ libidinis, extra ordinem coercentur. *l. 1. ff. de Extraord: crim.* Et qui nuptias deuotæ virginis affectauit, perinde plectitur, atque is qui eam rapuit. *l. si quis non dicam rapere. 5. C. de Episc: & Cler.* Qui homines armatos collegit, ad hoc vt damnum daret, bonaue raperet; pari sorte cum raptore punitur. *l. prætor ait. 2. § dolo autem. 2. ff. vi bon: raptor.* Simili iure censetur, qui officium in prouincia gerens, mulieris inuitæ nuptias attentauit. *l. vn: C. si quacunq; præd. potest.* Qui seruum alienum corrūpere conatus est. *l. si quis seruo. 20. C. de Furt. § sed etsi credat. Instit: de Oblig: quæ ex delict. nasc.* Qui necandi infantis piaculum suscepit. *l. si quis. 8. C. ad L. Corn. de sic.* Qui abortum procurauit. *l. si quis 38. § qui abortionis. 5. ff. de Pœn.* miles qui transfugere voluit, & in fuga deprehensus est. *l. desertorem. 3. § & is 11. ff. de Re mil.* Qui manus sibi intulit, nec factum peregit. *d. l. si quis. 38. § fin. ff. de pœn. l. omne. 6. § qui se vulnerauit. 7. ff. de Re milit.* Et generaliter, quoties non stat per aliquem, quominùs actus perficiatur; tunc eiusmodi actus pro cōpleto & perfecto habetur. *l. de pupillo 5. § si is cui renunciatum erit. 17. l. prætor ait. 20. § si quis paratus. 5. ff. de Oper: noui nunciat.* Damhoud. in praxi. criminal. cap. 67. num. 15.

Denique Probatvr idipsum allegata in præcedenti Corollario Impp. Diocletiani & Maximiani Constitutione, quæ sic habet: *Is qui cum telo ambulauerit, hominis necandi causa; sicut is qui hominem occiderit, vel cuius dolo malo factum erit commissum: L. Corneliæ de sicariis pœna, coercetur l. is qui cum telo. 7. C. ad L. Corn. de sicar.* Si ergò capitale est, Iure Ciuili, hominis necandi causa, arma portare: quātò magis capitale erit, vulneribus conficere, & tantùm non exanimare. *arg. l. sed & si 5. § si magister. 3. ff. Ad L. Aquil.*

## COROLLARIVM. III.

**Iussus domini, aut alicuius alterius qui imperandi potestatem habuit, non excusat paren-**



tem,

tem, à pœna in Sicarios constituta: sed lege in vtrumque agi oportet.

Gomez. tõ. 3. c. 3. num. 42. Thoming. dec. 56. vide Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 354.

AVTOREM huius corollarii habeo ALPHENVM I.C. qui ita loquitur: Seruus non in omnibus rebus sine pœna, domini dicto obediens esse solet; sicut, si dominus hominem occidere, aut furtum facere iussisset. *tex: l. seruus. 20. ff. de O. & A.* Idem affirmat Paulus. *l. si mulier. 21. § 1. in fin. ff. Rerum amotar.* Et Vlpianus. *l. sed si vnius. 17. § si iussu domini. 7. ff. de Iniur. l. 1. § quoties. 13. ff. de vi & vi armat. l. denique. 13. in fin. ff. Quod vi aut clam. l. non solum. 11. § idemq́; 5. ff. de Iniur.* & est communis D.D. sententia; quæ tali argumento comprobatur. Ad perpetranda ea crimina, quæ atrocia sunt, nullo metu, nullauè necessitate adduci quis debet. *c. sacris. ext: De his quæ vi met. c. Lotharius. 31. quæst: 2. c. itane. 32. quæst. 5.* sed moriendũ potiùs, quàm delinquendum est: *vt bonus ille Eleazar dicebat. 3. Machab. c. 6. & 7. & docet Aristoteles lib. 3. Eticor. c. 1.* Atqui homicidium, crimen est atrocissimum: *vt patet ex allegatis in præcedenti Corollario:* Ergò ad homicidium perpetrandum, mandatarius quisquis tandem ille sit, nullius iussu, aut imperio perduci debuit.

Facius. cẽt. 2 quæst. 67. Couar. de Spons. par. 1. c. 4. §. 1. num. 18. Decius. in l. velle. 4. ff. de Reg. Iur.

CONFIRMATVR Maior argumenti, PRIMO. Quia etiam coacta voluntas, voluntas est: *c. meritò. 15. quæst. 1. c. maiores. 3. § propter quod. ext: de Baptism: l. si mulier. 21. § si metu. 5. ff. Quod met. caus. l. si à patre. 22. ff. de R. N. l. si priuatus. 17. Qui & à quib. man. lib. non fi. l. dolo. 5. C. de Inutilib. stipulat.* & ideò crimen, quod ab eiusmodi voluntate proficiscitur, voluntarium nihilominus crimen est. SECVNDO. Quia Deo magis obediendum est, quàm hominibus. *tex: in c. si dominus ea iubet. & c. Iulianus. c. qui resistit. c. non semper. 11. quæst. 3. c. relatum. 37. de sent: excom.* nihilque contrà conscientiam faciendum. *c. inquisitioni. 44. d. tit: de sent: excom.* quidquid enim fit contrà conscientiam, ædificat ad gehennam. *tex: c. literas. 13. ext: de Rest. spoliat. tex: c. per tuas. 35. de Simon.*

Dixi in Maiore propositione argumenti: AD EA CRIMINA QVÆ ATROCIA SVNT. Nam ad ea quæ non habent atrocitatẽ facinoris, vel sceleris; ignoscitur seruis: si vel dominis, vel his qui vice dominorum sunt, veluti tutoribus, & curatoribus obtemperauerint. *inquit Vlpianus. in l. ad ea. 157. ff. de Reg. Iur. l. is qui in puteum. 11. § an ignoscitur. 7. ff. Quod vi aut clam. l. 2. § 1. ff. de Noxal. act:* Atq; ità exau-

ità exaudiendæ ſunt pleræque leges, quæ innuere videntur, imperium patris, domini, vel iudicis, excuſare à dolo & delicto. *l. velle. 4. l. non videntur. 167. § 1. l. is damnum dat. 169. l. non poteſt. 199 ff. de Reg: iur: c. quod quis. 24. eod. tit: lib. 6. l. ſi quis id. 7. § doli mali. 4. ff. de Iuriſd. omn. iud: l. ait prætor. 7. § 2. in fine. ff. de Minor. l. quanquam. 4. in pr. ff. de Aq: & aqu. pluu. arcen: l. iniuriarum. 13. § ſi quis. 2. ff. de Iniur.*

CONFIRMATVR Corollarium, illa communi veteris Iuris Regula. Et delicta, & noxæ, caput ſequuntur. *tex: l. 1. § ſi apud ſeruum. 18. ff. Depoſit. tex: l. licet. 4. C. An. ſeru. pro ſuo fact: poſt manumis. teneat. tex: l. 1. in fin: ff. de Priuat. del. tex: l quod dicitur. 18. l. ſi cum quis: 41. § 2. l. ſi ſeruus. 61. ff. de Furt: tex: l. ſed ſi vnius. 17. § ſi iuſſu. 7 ff. de Iniur: l. ſi ſeruus. 31. ff. de Pignorat: tex: l. qui ex pluribus. 20. & l. vlt. ff. de Noxal: act: l. 1. C. eod: tex: § omnis autem. 5. Inſtit: eod: l. 2. ff. Si ex noxal. caus. agat. quemad: caueat. tex: l. 1. § & cum. 12. ff. Si quadrup. paup. fec: dic: tex: l. rem mihi. 21. in fine. ff. Commod.* Ergò homicidii culpam in alium reiicere nihil prodeſt percuſſori. Sed, cæde peracta, iuſſum alterius cauſari; perinde eſt, ac, id quod factum eſt, infectum velle reddere. *l. in bello. 12. § facti autem cauſæ. 2. ff. de Capt. & poſtlim. reuer: l. verum eſt. 31. ff. de R. I. c. ſi Paulus. 32. q. 5. l. vn. ibi, caſtitas corrupta. &c. C. de Rapt: Virgin.*

## COROLLARIVM. IV.

### Tranſactio percuſſoris, cum conſanguineis cæſi inita, non prodeſt mandatori: neque percuſſorem ipſum ità liberat, vt à cuiuſuis criminatione, perpetuò tutus eſſe poſsit.

PRior pars Corollarij plana eſt, ex his quæ pro Concluſione diximus; poteſt tamen præterea probari tali ratione. Non minor eſt tranſactionum, quàm rerum iudicatarum, vis & autoritas. *l. non minorem. 20. C. de Tranſact: l. 2. ff. de Iureiur.* Sed res inter alios iudicatæ, neque emolumentum adferre his, qui in iudicio non interfuerunt, neque præiudicium irrogare ſolent: *tex: in l. 2. & vlt: C. Quib. res iudicat. non noc. l. 2. de Except: l. Modeſtinus. 10. ff. eod: tex: l. ſæpe conſtitutum. 63. ff. de Re iudic. l. 1. l. ſi quis. 7. § & generaliter. 4. ff. de Except.*

Anton. Gomez. tom. 3. cap. 3. num. 54 & ſeqq. Fachin. lib. 1. c. 8 & ſeq. Clarus. lib. 5. ſent. § vlt. quæſt. 58 Euer. Bronch. cent 1. aſſ. 43. & 45.

*cept. rei iudic.* tex: *l. Claudius. 16. in fin. ff. Qui potior. in pign. vel Hypoth. hab. l. si perlusorio. 14. § 1. ff. de Appel. tot. tit. C. inter alios acta, vel iudicat. aliis non nocer.* Ergò etiam pacta & transactiones, iis qui non pepigerunt, aut non transegerunt, neq; prodesse, neque nocere debent. *l. si vnus. 27. § pacta. 4. vers. ante omnia. ff. de pact. l. si actionem. 24. cum l. seq. C. eod. l. 1. C. de Transact. l. Imperatores. 3. in fin. ff. eod. l. stipulatio. 38. § alteri. 17. ff. de V. S. l. quæcunq; gerimus. 11. ff. de Ob. & A. l. quo tutela. 73. § fin. & l. seq. ff. de Reg. iur.*

Secunda pars Corollarii probatur. Quia homicidium est vnũ è publicis criminibus sanguinis pœnam ingerentibus. *§ item Lex Cornelia. Instit. de Publ. iud. & patet ex præmunitione. 6.* de quibus etiamsi pacisci & transigere non sit prohibitum. *l. transigere. 18. C. de Transact. l. vlt. ff. de Præuaric. l. 1. ff. de Bon. eor. qui ante sent. mort. sib. consc.* tamen transactiones eiusmodi, paciscentium personas non egrediuntur; & transigentibus tantùm accusationem adimunt; salua & integra remanente, omnibus aliis, de eodem crimine accusandi facultate. *l. qui cætu. 5. § 2. ff. ad L. Iul. de vi publ. l. 2. C. de Abolition. l. si maritus. 15. § si negauerit. 5. ff. ad L. Iul. de Adult. c. cum desideres. 15. in fin. de sent. excom.* Nec iniuria: Publica enim crimina ideò dicuntur, quod omnibus pateant. *in pr. Instit. de Publ. iud. l. palam. 43. § senatus. 10. ff. de R. N. l. quamuis. 30. C. ad L. Iul. de Adult. l. Lege Cornelia testamentaria. 30. ff. ad L. Corn. de Fals.* & quod publicè intersit ne maneant impunita. *l. ità vulneratus. 51. § vlt. ff. ad L. Aquil. l. si longius. 18. §. 1. ff. de Iudic. l. si à reo. 70. in fin. ff. de Fideiuss. l. per omnes. 6. C. de Defens. ciuit. l. si operis. 14. C. de Pœn. c. vt famæ. 35. de sent. excom.* Publica autem coercitio, priuata pactione non tollitur. *tex. in l. illud. 5. ff. de Pact. dotal.* quia publicum ius, priuatorum pactis mutari non potest. *l. iuris gentium. 7. § si paciscar. 14. l. ius publicum. 38. ff. de Pact. l. neq; pignus. 45. § vlt. ff. de Reg. Iur.*

## COROLLARIVM. V.

**Si quam fortè mulctaticiam pecuniam, auertendæ pœnæ causa, numerauit meritorius peremptor; eam à mandante, mandati iudicio recuperare frustrà cogitat.**

Huius

HVius Corollarii aliquot causas accipe. PRIMA. Quia pœnæ depensæ repeti non solent. *tex: in l. pœna. 42. ff. de Condict. indebit.* Quod enim à quoquam pœnæ nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur. *tex: l. quod à quoquam. 46. ff. de Reg. Iur. l. si pignore. 22. in pr. ff. de Pignorat. act. l. cum duobus. 52. in fin. ff. pro socio. l. locum. 3. § etsi. 14. ff. de Tabul. exhiben. l. si debitor. 79 ff. de Furt. l. vn. § 2. ff. de L. Iul. Ambit. l. qui proprio. 46. § item. 5. ff. de Procurat. l. communis. 9. ff. de Noxalibus act. l. inter coheredes. 44. § quod ex facto. 5. ff. Famil. erciscund.*

SECVNDA. Damnum, quod quis ex sua culpa sentit, non intelligitur sentire; *l. quod quis. 203. ff. de Reg. iur.* & sibi debet non aliis imputare. *c. damnum. 86. de Reg. Iur. lib. 6. l. si ex duobus. 17. in pr. ff. de Noxal. act.*

TERTIA. Quia rei turpis, nullum est mandatum, & nulla maleficiorum societas. *§ illud quoq; Instit. de Mandato. l. si remunerandi. 6. § rei turpis. 3. l. si verò non. 12. § si adolescens. 11. l. si mandauero. 22. § qui ædem. 6. ff. Mandati. l. quod sæpè. 35. § veneni mali. 2. ff. de Contr. empt. l. 1. § planè. 14. ff. de Tutel. & ration. distrahen. l. nec prætermittendum. 57. ff. pro socio. l. cum fundum. 18. in fin. ff. de vi & vi arm. l. generaliter. 26. ff. de Verbor. oblig. l. si à reo. 70. § fin. ff. de Fideiussor. l. iuris gentium. 7. § ait prætor. 7. ff. de Pact. l. pacta quæ contra. C. eod.*

QVARTA. Quia vt loquitur Vlpianus, nemo de improbitate sua consequitur actionem. *l. itaq; fullo. 12. § 1. ff. de Furt. l. si plures. 38. in fin. ff. de Admin. & pericul. tutor.* Et nemo ex suo delicto meliorem suam conditionẽ facere potest. *l. non fraudantur. 134. § 1. ff. de Reg. iur.*

## CONCLVSIO. II.

**Mandatum, quod vel sine dolo malo, & animo occidendi factum est: vel ante admissam cædem expirauit: vel de quo liquidò non constat: in mandante, capitalem pœnam non meretur.**

AD incurrendam pœnam ordinariam homicidii propter mandatũ,

Clarus. lib. 5 sent. §. homicidium. vers. culpa dicitur. & §. vlt. quęst. 84 in pr. Ant. Gomez. tō. 3 cap. 3. num. 15. Dāhoud. in prax. crimin. c. 61. nū 8. Gaill. lib 2. obs. 110 in pr.

REQVIRO INPRIMIS dolum, & animum occidendi. Nam sine animo occidēdi, non committitur homicidium. *tex. in c. sicut dignū. 6. § 1. & in c. significasti. 18. extr. de Homic. l. 1. § Diuus 3. ff. ad L. Corn. de sic. vbi Martianus I. C. Diuum Hadrianum rescripsisse ait, eum qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolui posse; Et Antoninus Imperator, ità crimen hoc contrahi ait, si & voluntas nocendi intercedat. l. 1. C. eod. Idē habetur in l. in Lege Cornelia. 7. & l. qui cadem. 16. ff. d. t.* Nec immeritò: voluntas etenim distinguit maleficia. *tex. c. cum voluntate. 54. de sent. excom. tex. l. qui iniuria. 53. in pr. l. verum est. 25. ff. de Furt. l. illud. 3. § 1. l. quod Reipublicæ. 33. ff. de Iniur. l. si non conuitij. 5. C. eod. l. furtum. 37. ff. de Vsurp. & vsucap. § item si is. 5. Instit. de vsucap. § placuit. 7. in fin. & § penul. Instit. de Oblig. quæ ex delict. nasc. l. sed etsi quemcunq;. 5. § fin. l. si quis testamentum. 41. in fin. ff. ad L. Aquil. l. Fulcinius. 7. § sed is qui. 5. ff. Quib. ex cau: in possess. eat. l. qui. seruum. 34. in pr. ff. de O. & A. l. locum. 3. § si quis dolo malo. 6. ff. de Tab. exhib. l. fœdissimam. 20. C. ad L. Iul. de Adult. l. si vxor. 13. § si quis planè. 7. l. vim passam. 39. ff. eod. l. qui ædes. 9. ff. de Incend. rui. naufr.* Et, ex corde procedunt homicidia & adulteria *c. occidit. 33. q. 8. c. 1. ad fin. 15. quæst. 6.* Vnde illud Callistrati axioma: In maleficiis, voluntas spectatur, non exitus. *l. Diuus. 14. ff. ad L. Corn. de sic.*

Porrò, licèt in contractibus, lata culpa æquiparetur dolo. *l. magna. 226. ff. de V. S. vbi Paulus: Magna negligentia culpa est; magna culpa, dolus est. tex: l. quod Nerua. 32. ff. Deposit. l. impuberibus. 7. § si fraus. ff. de Suspect. tutor. l. mulier. 22. § sed enim. 3. ff. ad S. C. Trebell. l. 1. § non aliàs. 2. ff. si is qui testam. lib. esse. iuss. erit. & c. l. 1. § 1. ff. Si mensor fals. mod. dix. l. si fideiussor. 29. in pr. ff. Mandati. l. quæsitum. 8. § & generaliter. 5. ff. de Precar.* Tamen in delictis lata culpa à dolo distinguitur. *tex. l. in Lege Cornelia. 7. ff. ad L. Corn. de sic. l. 1. iun. l. dolo. malo. 3. cum l. seq. ff. de Seru. corrupt. l. in furti actione. 50. § rectè Pedius. 2. & § vlt. ff. de Furt. Facit l. cum autem. 23. § 2. ff. de Aedil. edict.* Et ideò, ad incurrendam pœnam ordinariam delicti, culpa lata non sufficit; sed dolus omninò requiritur.

DEINDE REQVIRO, Existentiam mandati. De crimine enim, ante pœnæ impositionem, constare debet. *tex: in l. 1. § item illud. 24. ff. ad S. C. Syllan. l. 1. § si quis vltrò. 27. ff. de Quæstion. tex. l. 1. C. vbi caus. fisc. vel diuin. dom.* Quia obligationes delictorum, ex facto oriri dicuntur. *l. actionum. 25. § 1. & l. obligamur. 52. § ex peccato. 8. ff. de O. & A.* Factum autem, ante omnia præsupponendum est. *arg. l.*

Diuus

*Diuus Traianus.* 24. *ff. de testam. milit.* Nam ex facto ius oritur. *l. si ex plagis.* 52. § *in cliuo Capitolino. ff. ad L. Aquil.* & (vt loquuntur nostri D.D.) Non entis, nullæ sunt qualitates. *l. debitor.* 82. *in pr. ff. de legat.* 2. *l. si seruum.* 4. § 1. *ff. de Action. empt. l. eius qui in prouincia.* 41. *ff. de Reb. cred.*

Verumenimuerò, ad imponendam pœnam ordinariam Homicidii, non sufficit mandatum aliquando factum fuisse: Sed requiritur præterea, illud nullo vnquam tempore, abolitum & extinctum esse. Finita enim voluntate, mandatum extinguitur. *l. si verò.* 12. § *si mandauero.* 16. *ff. Mand. & ex seqq. Corollariis mox patebit.*

## COROLLARIVM. I.

### Si percussor conducticius, contrà expressam mandati legem, verberum aut vulnerum loco, necem homini intulit: animæ amissione mandantem mulctari inhumanum est.

PROBATVR COROLLARIVM PRIMO. Qui animum occidendi non habuit, pœna L. Corneliæ non tenetur: vt patet ex his, quæ paulò ante pro secunda conclusione attulimus. Sed in casu nostro, mandans animum occidendi non habuit, vt ipsa mandati forma indicat: Ergò pœna L. Corneliæ non tenetur.

Dec. Cons. 482. Barth. Veronen. cons. crimi. 55. & seqq. Fachi. lib. 1. c. 55. Diff. Couar. in Clem. si furiosus de Homicid. par. 2. § 1. num. 3. Mẽ. De. Arb. iudic. cent. 4. cas. 352. num. 2.

PROBATVR SECVNDO. Si talis mandans pœna homicidii teneretur, id non aliam ob causam esset; nisi quia cogitare debuerat, ex vulnere quod infligendum mandauit, mortem sequi posse, vt loquitur Bonifacius VIII. *in c. vlt. de Homic. lib. 6. & Gregorius IX. in c. vlt. extr. de Iniuriis.* Atqui, hæc non est causa sufficiens, ad incurrendam pœnam ordinariam homicidii. Ergò ea mandans non tenetur. Minor manifesta est; quia talis mandans, mandando in culpa tantùm est, non in dolo; *vt patet ex d. c. vlt. de Homic. lib. 6.* Culpa autem sola non sufficit, ad pœnam L. Corneliæ de Sicar. incurrendam. *l. in Lege Cornelia.* 7. *ff. ad L. Corn. de Sicar. & copiosius supra docuimus. Guid. Pap. dec.* 446. *num.* 2.

CONFIRMATVR *ex l. eiusdem.* 3. § *adiectio autem.* 2. *ff. d. t.*

*vbi Mar.*

*vbi Martianus. I. C. respondet*: Fœminam, quæ non malo quidem animo, sed malo exemplo poculum conceptionis præbuit, ex quo ea quæ accepit, decessit; non puniri pœna ordinaria Legis Corneliæ, sed tantùm relegari: Ergo etiam idem statuendum est in eo, qui non animo quidem occidendi, sed tamen malo exemplo alium verberari iussit. Par enim vtrobique est ratio, ac proinde idem quoque ius statuendum vtrobiq;. *l. neq; leges. 10. l. non possunt. 12. & l. seq. ff. de Legib. l. si quis. id. 7. § quod si. ff. de Iurisd. omn. iud. l. ex facto. 30. ff. de Negot. gest. l. Sed etsi. 26. § fin. ff. Ex quib. caus. maior.*

# COROLLARIVM. II.

## Mandatum homicidij, in profunda, & inopinata ebrietate factum mandatorem ad pœnam ordinariam L. Corneliæ non obligat.

Gaill. lib. 2. obs. 110. nũ. 24. & seq. Menoch. de Arb. iud. cas. 326 Vasq. Illustr. quæst. c. 19. n. 14. Damhoud. in prax. crim. c. 84. n. 15. & seqq. Clarus § fin. q. 60. vers. præterea quæro.

FIDEM FACIT huic Corollario Arrius Menander I. C. dum ait: Per vinum aut lasciuiam lapsis, capitalem pœnam remittendam esse: *l. omne. 6. § qui se vulnerauerit. 7. ff. de Re milit.* Suffragatur eidem, Theodosij, Arcadij, & Honorij, Impp. Constitutio; qua, immunis est à pœnais, qui ebrius Imperatorem sugillauit. *l. vn. C. si quis Imp. maledix.* Item, c. inebriauerunt. 15. quæst. 1. vbi inopinata ebrietas Loth ab incestu excusat. *Facit l. perspiciendum. 11. § 2. ff. de Pœnis l. milites. 12. in fin. pr. ff. de custod. & exhib. reorum. &c.*

RATIONE verò probatur eiusmodi. Furiosus homicida, ordinaria Legis Corneliæ pœna, non punitur. *tex. in l. infans. 12. ff. ad L. Corn. de Sicar. tex. in c. aliquos. 15. quæst. 1. tex. in l. Diuus. 14. ff. de Off. Præsid. tex. in l. pœna paricidij. 9. § fin. ff. de L. Pomp. de Paricid. tex. in l. quod infans. 60. ff. de R. V. tex. in l. fin. ff. de Adm. & peric. tutor.* proptereà, quia non intelligit quid agit. *tex in § furiosus. 8. Inst. de Inutil. stipulat. l. si à reo. 70. § si à furioso. 4. ff. de Fideius.* & voluntas illius (vt loquitur Pomponius) nulla est. *tex. in l. furiosi. 40. ff. de Reg. Iur.* absentisque, & ignorantis loco habetur: *tex. in l. sed si vnius. 7. § filiofamilias. 11. ff. de Iniur. tex. in l. 2. § furiosus. 3. ff. de Iur. Codicil. l. vbi. 124. § 1. ff. de Reg. Iur. l. Iulianus. 4. ff. de Diuor. & repud.* imò, mortuo compa-

comparatur. *l. bonorum.* 24. *ff. Rem rat. hab.* & per consequens, capitalem fraudem admittere non potest. *tex. l. cum autem.* 23. § 2. *ff. de Aedil. edict.* Atqui ebrius, similis est furioso. *c. venter.* 35. *dist.* Nam vt furor, ità ebrietas inducit mentis exilium. *tex. c. à crapula.* 14. *de vit. & honest. cleric.* Vnde Aristoteles, Et pueri, & ebrii, & insani, amentes sunt. *Sect.* 30. *probl.* 13. Ergò ebrius homicida, pœna L. Corneliæ puniri non debet.

Nec obstat, quod rei illicitæ vacantem, sua non debeat excusare improbitas. *l. quod quis.* 203. *ff. de Reg. Iur. l. nec id iniquum.* 15. *ff. si quis omis. caus. testam. c. vn. de commod. c.* 2. *de depos. l. qui occidit.* 30. § *in hac quoq;* 3. *ff. ad L. Aquil. l. quoniam. C. ad L. Iul. de vi publ.* Nam Primò, potest etiam aliquando furor contingere, ex culpa furiosi. *c. si quis insaniens.* 15. *quæst.* 1. nemo tamen dixerit, furiosum, dum in furore homicidium committit, pœna ordinaria puniri debere. Deinde, ad incurrendam pœnam ordinariam, sola culpa, etiam lata non sufficit, sed dolus omninò requiritur, vt copiosè in secunda Conclusione probauimus.

## COROLLARIVM. III.

**Solius venalitij homicidæ morte, facinus expiandum est; quando, vel ante peractam cædem mandator obijt: vel re integra, mandatum reuocauit; & ad noticiam mandatarij retractationem perduxit.**

Pac. cent. 1. q. 61. Fachin. lib. 9. c. 5. & 33. Bronch. cēt. 4. ass. 66. Hartm. Pistor. lib. 1. quæst. 27. Cacher. dec. 149. n. 2. Aufrer. in decis Capel. Tholos. decis. 266. nū. 4. Socin. reg. 311.

PRIMA Corollarii pars euidens est. Quia mandatum morte mandantis expirat & soluitur. *tex. in c. relatum.* 19. *& c. licet.* 30. *extr. de Offic. deleg. l. inter causas.* 26. *in pr. & l. seq.* § *morte.* 3. *l. si præcedente.* 58. *ff. Mandat. l. mandatum.* 15. *C. eod.* § *item si adhuc. Instit. eod. l. si quidem* 8. *C. de O. & A. l vlt. ff. de Solut. l. & quia.* 6. *ff. de Iurisdict. omn. iud. l. eius qui.* 41. *vers. quas verò. ff. de Reb. cred. l.* 2. § *sed si. ff. de Donation.* Et vt mors omnia soluit. *tex. Nouell.* 22. *c.* 20. *in pr.* ità & crimina mortalitate extinguuntur. *tex. exp. in l. fin. ff. ad L. Iul. Maiestat. l. publica.* 3. *& l. defuncto.* 6. *ff. de public. iud. l.* 1. *in pr. ff. de priu. delict. l.*

 *constituti-*

*constitutionibus*. 33. *ff. de O. & A. l. pen. ff. de Op. nou. nunciat. l. si is qui* 3. *C. Si pend. apell. mors interuen. l. vnica. ff. eod. l. Lucius Titius*. 9. *in fin. ff. de Iur. fisc. l. vlt. circa medium C. de Episc. & Cler. l.* 2. *§ nullum patris*. 7. *ff. de Decur. l.* 1. *& t. t. C. si reus vel accus. mort. fuer. l. sicuti*. 38. *& l. pupillum*. 111. *§ 1. ff. de Reg. iur. c. si Clericus aduersus*. 11. *q.* 1. *c. quia cognouimus*. 10. *q.* 3. *c. conquerente. extr. de Rest. spol. c. sacro. extr. de Sent. excom.* Hinc illæ maximæ: Peccata, suos tantùm debent tenere autores. *c.* 2. *De his quæ fiunt à maior. part. cap. c. Romana*. 5. *in fin. de Sent. excom. lib.* 6. *l. sancimus*. 22. *C. de pœn. l. crimen*. 26. *ff. eod.* Nemo debet alterius odio prægrauari. *l. non debet*. 74. *ff. de Reg. iur. & c. non debet*. 22. *eod. tit. lib.* 6. Sine culpa nisi subsit causa nullus est puniendus. *c. sine culpa*. 23. *d. t. lib.* 6. & similes.

Gomez. & ab eo allegati. tom. 3. var. resol. c. 8. num. 40. Couar. in clem. si fu-riosus. par. 2. § 1. inpr. n. 9. ver. Quinto.

SECVNDA quoque Corollarii pars, manifestam habet rationem. Quia omne mandatum, præter casum mortis, extinguitur etiam reuocatione & mutatione voluntatis; siue tacita, siue expressa. *l. si quis ita legauerit*. 3. *§ fin. cum l. seq. ff. de Adimend. & transfer. legat. § rectè* 10. *Instit. de Mandat. l. si verò*. 12. *§ nisi mandauero*. 16. *l. si quis*. 27. *§ 1. ff. Mandati. l. dedi tibi*. 3. *§ 2. ff. de Condict. cau. dat. cau. non secut. l.* 1. *§ 2. ff. Quod iussu. c. ex insinuatione*. 3. *& c. seq. extr. de Procur. c. ex parte*. 33. *de Rescript.* Cuius enim est mandati legem dare, eius est & reuocare. *l. quod iussit*. 14 *ff. de Re iudic.*

Posui in Corollario, RE INTEGRA. Nam si res integra non est, vel si reuocatio, non peruenit ad noticiam mandatarii, mandatum subsistit, & obligat. *l. si mandatum*. 15. *ff. Mandati. l. si tantum*. 12. *ff. ad S. C. Macedonian. l. vero procuratori*. 12. *§ 2. l. cum quis*. 38. *§ 1. ff. de Solut. c. auditis*, 8. *& c. mandato*. 13. *extr. de procurat.* tàm in contractibus, quàm in delictis. *vt patet manifestè in specie c. quicunque* 11. *de Sent. excom. lib.* 6. *& regulariter valet argumentum à contractibus ad delicta. Et è contra: teste Nicol. Euerhar. in Top. loco*. 20. *per l. omnem*. 20. *ff. de Iudic.*

## COROLLARIVM. IV.

### Ob inimicitias capitales aut minas præcedentes, nemo pro capite occisi, Assasinij pœna plectendus est.

Vasq. de

LVCEM ADFERT huic Corollario illud, quod Honorius & Ar-

cadius

cadius Impp. rescripserunt. Causas salutis diligenti opus habere examine, & grauiorem mereri considerationem. *l. addictos. 29. C. de Appel. arg. c. vbi periculum. 3. de Elect. lib. 6. c. quiescamus. 43. dist. c. vlt. 8. q. 2. l. 1. § sed & si quis. 5. ff. de Carbon. edict. Nou. 90. cap. 5. in fine.* Anima enim semel amissa recuperari ampliùs non potest. *Nouell. 13. c. 2. in fin.* Et ob eam causam iudicia criminalia, requirunt probationes apertissimas, & luce clariores. *c. sciant. 2. q. 8. l. fin. C. de probat. l. singuli. 14. C. de Accus. l. qui sententiam. 16. l. cum reis. 18. C. de pœn.* Et in causis criminalibus, nemo ex præsumptionibus damnari debet. *c. literas. 14. extr. de præsumpt: vbi etiam Glossograph.* proniores que esse debemus, ad absoluendum reum, quàm ad condemnandum. *tex: c. ex literis. 3. de probation. l. Arrianus. 47. ff. de O. & A. l. inter pares. 38. ff. de Re iudic: l. fauorabiliores. 125. ff. de Reg. Iur. c. cum sunt. 11. eod. tit: lib. 6 c. inter dilectos. 6. in fin. extr. de Fid: instrument.* Satiùs enim est (inquit Vlpianus) impunitum facinus relinquere, quàm innocentem damnare. *l. absentem. 5. ff. de pœn.*

succeff. rea. lib. 1. §3. n. 45. & 46. Damhoud. c. 54. n. 5. & seqq. Fach. l. 1. c. 29. Gomez. tom. 3. c. 12. n. 25.

Confirmatur ex eo, quia multa verba sæpè proferuntur calore iracundiæ. *l. quidquid in calore. 48. ff. de Reg. Iur. l. si non conuicij. 5. C. de Iniur: c. si quis iratus. 2. q. 3.* Lubricum autem linguæ, ad pœnã facile trahendum non est. *text: in l. famosi. 7. § hoc tamen. 3. ff. ad L. Iul. Maiest. l. vnica. C. si. quis Imperat. maledix.*

# COROLLARIVM. V.

## Cædes, quam filius parentis, seruus domini iniuriam vltus, admisit: in iudicio imperati homicidij, parenti, vel domino, fraudi esse non debet.

SVPPETIATVR huic Corollario. *c. quia præsulatus. 1. q. 4.* Vbi Leo IIII. absoluendum putat ab excommunicatione spoliatum beneficio, cuius parentes spoliatorem dolore compulsi excæcarunt, ipso neque iubente, neq; consentiente. Item c. Petrus. 17. de Homicid. vbi Innocentius III. immunem ab homicidio pronunciauit illũ. Diaconum, cuius aduersarium consanguinei ausu sacrilego confoderunt, propterea quod non constabat, causam aut occasionem aliquam

Couar. in Clem. si furiosus. de Homicid. par. 2. § 2. num. 8. Antō. Gomez. tom 3. cap. 3 num. 47.

siquam mortis eundem præbuisse. Præterea. c. sicut tuis. 33. de Symō. vbi idem Innocentius III. pro Symoniaco non habet eum electum & confirmatum, pro cuius confirmatione, propinqui pecuniam dederunt; nullo ipsius iussu interueniente.

INSVPER ratione probatur eiusmodi. Dolus non præsumitur, sed qui dolo aliquid factum esse dicit, dolum admissum liquidò & certis ac perspicuis indiciis probare debet. *tex: in l. meritò. 51. ff. Pro soc. l. patronum. 6. l. quoties. 18. § 1. ff. de probat. l. si prætor. 75. vers: Marcellus. ff. de Iud. l. dolum. 6. ff. de Dol. mal. l. item exigit. 16. ff. eod.* Atqui in casu Corollarij, de dolo non constat. In dubio enim actus præsumitur potiùs, gestus esse nomine proprio quàm alieno: *l. Papinianus. 28. ff. Mandati. l. pro herede. 22. ff. de Acquir: vel amitten. hered: l. 1. & l. & magis. 4. l. cum ex pluribus. 97. ff. de Solut:* Ergò in casu corollarij, parentē vel dominum mandasse homicidium non est præsumendum.

CONFIRMATVR. Quia in rebus dubiis, maximè verò in pœnalibus causis, benigniorem interpretationem sequi, non minus iustiùs, quàm tutius est. *l. ea quæ. 192. § in re dubia. l. semper. 56. l. capienda. 128. l. factum. 155. § in pœnalibus. ff. de Reg. Iur. c. in pœnis. 49. eod. tit: lib. 6. l. si præses. 32. ff. de pœnis.*

## CONCLVSIO. III.

### Vbi cædes peracta est, ibi autor illius (si laicæ iurisdictioni subiacet) iuxtà ac succedaneus homicida, capitali sententia feriri debet.

Clarus. §. sent. § vlt. quæst. 38. in pr. & vers. item. quarto. Fachin. lib. 9. cap. 25. Boss. de for. compet. num. 109. & num. 147.

PRIMA RATIO Conclusionis est eiusmodi. Quilibet in eo loco supplicio affici debet, vbi deliquit: Sed mandans ibi deliquit, vbi & mandatarius. Ergò etiam ibi puniri debet, vbi mandatarius. Maior plana est, ex præmunitione vltima, & quæ ibi dicta sunt, præcipuè locum habent in homicidio. Nam PRIMO, Homicida Rempublicam illam, cui ciuem eripuit, graui affecit iniuria. Non tantùm enim parentibus nascimur, & eripimur; sed etiam Reipublicæ. *tex; in l. & generaliter. 15. ff. de Ventr. in possess: mitten: tex. l. postliminium.*

*liminium.* 19. § *filius.* 7. *ff. de Capt: & postlim. reu: ab host.* Cuius interest, vt augeatur potiùs, quám minuatur. *tex: l.* 2. *C. de ind. viduit. tollen. tex: l.* 2. *C. Com: de manumiss: l.* 1. *ff. Sol matrim. l. hoc modo.* 64. *ff. de condit: & demonstr.* vnde Hadrianus Imperator aiebat; se malle, vt Imperium hominum adiectione potiùs, quàm pecuniarum copia amplietur. *tex: l. cum ratio naturalis.* 7. § *si plures.* 3. *ff. de Bon: damnator.*

Deinde, conueniens est, vt cognati, & affines occisi, ad quos etiam hæc iniuria speciali ratione pertinet. *l.* 2. *& seq: ff. de Liber. cau:* ex vindicta iusta solatium habeant. *l. capitalium.* 28. § *famosos. pen: ff. de Pœn.* maximè verò parentes; quorum ergà liberos affectũ, nullus affectus vincit. *tex: l. cum furiosus.* 7. *C. de Curat. fur. & prod.* qui liberis suis, ex voto, & naturali charitate, omnia parant. *tex: l. nihil interest.* 50. § 2. *in fin. ff. de Bon. libert. l. nam etsi parentibus.* 15. *ff. de Inoff. testam l. de emancipatis.* 13. § 2. *C. de legitim. heredib. tex. l. scripto herede.* 7. *in fin. ff. si tab. testam. nul. extab. vn. lib. l. cum ratio.* 7. *in pr. ff. de Bon. damnator.* & thesaurizant. *c. cum Apostolus.* 6. *de Censib.* Et illis amissis, parte quadam sui corporis & personę priuari. *l. cum scimus.* 22. *C. de Agric. & cens. lib.* 11. *c. contradicimus.* § *hac autoritate.* 35. *quæst.* 3. *l. fin. C. de impub. & al. substit.* & immortalitate, diuturnitatisque memoria, spoliari censentur. *l. liberorum.* 220. *in fin. ff. de V. S.*

Minor propositio argumenti probatur. Quia is delinquit verè, cuius autoritate, & mandato delictum committitur. *c. vniuersitatis.* 24. *c. vt famæ.* 35. *de sent. excom.* Et qui per alium facit, perinde est, ac si faciat per seipsum. *c. qui per alium de Reg. Iur. in* 6. *l.* 1. § *deiecisse ff. de vi & vi arm. cum similibus.* Confirmatur, Quia mandans, non tenetur ex mandato, sed ex delicto, propter mandatum secuto. *vt docet. Clar:* 5. *sent.* § *vlt: quæst:* 38. *vers: item quæro. & quæst.* 89. *vers: scias etiam.*

Secunda Ratio. In contractibus, mandator ibi sortitur forum, vbi mandatarius contraxit: Ergo etiam in delictis idem dicendum est. Consequentia manifesta est. Valet enim argumentum à contractibus ad delicta, & è contra. *vt testis est Nicolaus Euerardus in Topic: loc.* 20. Nam quasi contraxisse quis intelligitur, eo loci vbi deliquit. Vnde etiam delicta contrahi dicuntur. *l.* 1. *ff. de Legib: & l. vlt: ff. de Accusat. l.* 1. *C. ad l. Corn. de Sicar.* & mali contractus appellantur. *l. si rerum.* 52. *ff. de Re iudic.* Et quemadmodum ex contractibus, ità quoque ex delictis, obligationes nascuntur. § *sequens. Instit:*

*de Obligat: tot. tit: Instit: de Oblig: quæ ex del: nas. l. 1. & l. ex maleficio. 4. l. obligamur. 52. in pr. & § ex peccato. 8. ff. de O. & A.* quæ pro contractibus habentur. *l. omnem. 20. ff. de Iudic.* Antecedens probatur. *tex: l. si vt proponitur. 61. ff. de Fideiuss. vbi Paulus.* Si cum pecunia mutuo daretur, ità conuenit, vt in Italia solueretur, intelligendum, mandatorem quoque, simili modo contraxisse. *Idem habetur in l. heres absens. 19. § apud Labeonem. 3. ff. de Iudic. l. aut vbi. 3. ff. de Reb. auctor. iudic. possiden.*

POSVI in Conclusione. SI LAICÆ IVRISDICTIONI SVBIACET, ad excludendum clericum mandatorem homicidij. Clericos enim delinquentes, à iurisdictione sæcularis fori, vtrumq; Imperium exemit, *Authent. statuimus. C. de Episcop: & cler: c. at si clerici. 4. c. cum non ab homine. 10. c. qualiter. 17. de Iudic.* & ideò, à iudicibus laicis, capitalibus pœnis clerici mulctari non possunt; nisi sint incorrigibiles, & nisi exauctoritati, tradantur Curiæ sæculari. *dict: cap. cùm non ab homine. 10. de Iudic: c. nouimus. 27. de V. S. c. 2. de Pœn. lib. 6. c. si quæ causæ. 11. q. 1. Concil: Trident: sess. 13. de Reform. c. 4.*

Batt. Socin. reg. 79. & 80.

Quod de Clericis dictum est, id ad alias quoque personas, Iure communi aut statuto alicuius prouinciæ, quo ad forum priuilegiarias, certo modo, extendi potest. Itaque, in DVCATIBVS OPPOLIENSI & RATTIBORIENSI in caput Nobilis Silesij, in ipso etiam homicidii actu deprehensi, Decurionibus Municipiorum animaduertere, non licebit. Nam, vt ex Ordinationibus dictorũ Ducatuum patet; gladii potestatem, & merum Imperium in Nobiles, solus habet Capitaneus. *tit: de homicidiis. art: 1. & 2.*

## COROLLARIVM. I.

### In criminatione Assasinij, non imperatæ, sed perpetratæ cædis, locus & tempus designandum est.

Iul. Clar. lib. 5. sent. in § fin. q. 89. vers. scias etiam Antõ. Gomez. tõ. 3. cap. 3. nũ. 

PVLLVLAT hoc Corollarium ex Conclusione. Cum enim, vt probauimus, mandator ibi intelligatur deliquisse; vbi mandatarius facinus perpetrauit; manifeste sequitur, non imperati; sed perpetrati homicidii locum, & tempus esse designandum. Nam in quolibet

quolibet libello criminali, necessariò debet exprimi locus, & tempus delicti. *l. libellorum. 3. ff. de Accusat: l. in causis. 16. C. eod: c. vlt: § libellorum. 2. quæst: 8.* Porrò huius designationis magnus vsus est in iudiciis. 20

INPRIMIS etenim, loci, & temporis differentiæ, delicta discriminant. *tex: c sicut dignum. 6. in pr. ext: de Homicid. l. aut facta. 16. § locus. 4. & § seq: ff. de pœn. l. sacrilegij. 6. in pr. ff. ad L. Iul. peculat. l. prætor. 7. § fin: l. sed est quæstionis. 9. § 1. ff. de Iniur: l. atrocem. 4. C. eod. § atrox: 9. Instit: eod: l. si quis. 10. C. de Episcop: & cleric: l. quod ait lex. 23. § sed si. 3. & l. sequen: l. mariti: 29. l. nihil interest. 32. ff. ad L. Iul: de Adult: l. fur est manifestus. 3 ff. de Furt: l. item Mela. 11. l huic scripturæ. 15. § 1. l. ita vulneratus. 51. in pr. ff. ad L. Aquil.* Et quemadmodum, pro diuersitate regionum, diuersa est æstimatio rerum. *l. precia rerum. 63. § fin: ff. ad L. Falcid: l. ideò in arbitrium. 3. ff. de eo quod cert: loc.* ità etiam, vnum idemque delictum, in alio loco punitur leuius, in alio durius, in alio, ne criminis quidem speciem habet. *d. l. aut facta. 16. § penul: ff. de pœn.* Sic, in Arabia graue crimen est, σκοπελισμὸς idest, lapidum positio. *l. sunt quædam. 9. ff. de Extr: crimin.* in Ægypto, chomatum Nili, idest, aggerum continentium aquam Niloticam, dissolutio. *l. in Aegypto. 10. ff. dict: tit: de Extraord: crimin: l. vn; C. de Nili aggerib: non rump.* in Africa, grauiter puniuntur, messium incensores; in Mysia vitium; vbi metalla sunt, adulteratores monetæ. *d l. aut facta. 16. § penul: ff. de Pœn.* Et generaliter euenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quoties nimirùm multis personis grassantibus, exemplo opus est. *inquit Claudius Saturninus. § fin: ibid: & Vlpianus. in l. 1. in pr. ff. de Abig.*

Guid. Pap. dec 206. nū. 15.

DEINDE actiones criminales perpetuæ non sunt; sed regulariter, viginti annorum, à die commissi delicti computandorum, spatio præscribuntur. & abolentur. *l. querela falsi. 12. C. ad L. Corn. de Falsf. c. cum venerabilis. 6. ext: de Exception: l. in omnibus. 13. ff. de diuer. tempor: præscript: l. 1. § præscriptio. 3. ff. de Iur: fisc: l. quamcunq;. 3. ff. de Requir: re. & abs.* Opus igitur est, vt determinatus dies delicti exprimatur in libello, ad dignoscendum, an currat adhuc, an verò iam sit elapsum tempus, præscriptioni à Iure assignatum. Dixi, regulariter actiones criminales viginti annorum spacio præscribi. Sunt enim quædam actiones ex delictis descendentes, quæ breuioribus spaciis circumscribuntur. Vt actio de iniuria verbali, quæ anno aboletur. *l. si non conuicij. 5. C. de Iniur; l. sed si vnius. 17. § si ante iudicem, 6.*

Capel. Tholos. decis. 189. & ibi Aufrer.

*cem. 6. ff. eod: Gaill: lib. 2. obs: 104.* Accusatio adulterii, quæ quinquẽnio tollitur. *l. mariti. 29. § hoc quinquennium 6. & l: quinquennium. 31. ff. ad L. Iul: de Adult. & similes.*

Matth. de Afflict. dec. 287. num. 2. Gomez. tō. 3. c. 1. n. 8.

PRÆTEREA, Ante completum præscriptionis terminum, interdum pœnæ in criminibus momentaneis, ob solam temporis diuturnitatem imminuuntur, & leniuntur; vt affirmat Modestinus I. C. his verbis: Si diutino inquit tempore, aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna illius subleuanda erit. *l. si diutino. 25. ff. de Pœn.* Et meritò: miseranda enim, & diuturna reatus calamitas, pars quædam pœnæ esse videtur; & cum pœnæ constitutæ etiam sint, in emendationem delinquentium. *l. si pœna 20. ff. de Pœn.* potuit reus, tanto temporis interuallo, post admissum facinus, vitam correxisse; vt mitius sit, publici exempli causa coercendus. Adieci IN CRIMINIBVS MOMENTANEIS. Nam in successiuis, quale ex. gr. est Adulterium, Hæresis. &c. hæc pœnarum, ob temporis diuturnitatem, mitigatio locum habere non debet: Sed, quò quis diutius, in huiusmodi criminibus perseuerat: eo grauius puniendus est. Tantò enim sunt grauiora crimina, quantò diutius, infelicem animam detinent alligatam. *tex: c. vlt: de Consuetud: tex: c. non debet. 8. de Consang: & affinit. tex: c cum haberet. 5. De eo qui dux in matrim: quam pol: per adult: tex: c. non satis. 8. & c. seq. de Simon. tex: c. sicut nobis. 17. in fin: de Regular: c. Schisma. 24. quæst. 1.* Quibus addi potest, elegans Celsi responsum. Quid tàm ridiculum est, (inquit) quàm meliorem furis conditionem esse, propter continuationem furti existimare? *l. inficiando. 67. § infans. ff. de Furtis.*

Corās. lib. 2. Miscel. c. 20. Alciat. lib. 2. parerg. c 19. Couar. lib. 2. var. res. c. 9 n. 2. Fachin. lib. 9. c. 18.

# COROLLARIVM. II.

## Si alia pœna, statuto loci mandati; alia, statuto loci delicti, in Sicarios constituta est: hanc, non illam, mandans & mandatarius luere debent.

Ioan. Borcholt. cō. 9. quæst. 3. Clar. 5. sent. § fin quæst. 89. ver. sed quæro. & quæst. 58. vers. vnum quoq volo.

RATIO Corollarii est. Quia mos regionis obseruari debet. *tex: in l. 1. § fin. ff. de Inspici. vent. & custod. part: tex: in l. si seruus. 50. § fin: ff de legat. 1. tex: in l. quod si. 31. § quia adsidua. 20. ff. de Aedil. ed. tex. in l. 1.*

*in l. 1. in pr. & l. & in contraria. 37. ff. de Vsur: l. cum de lanionis. 18 § item caccabos. 3. ff. de instruct: vel instrum; leg. tex: in l. semper. 34. ff. de Reg: Iur: l. si prius. 17. § 1. ff. de Aq. & aq. plu; arc; l. licet. 8. & l. circa locationes. 19. C. de Locat. & cond.* non tantùm in contractibus, sed etiam in delictis. *Auth. qua in prouincia. C. Vbi de crim. agi. opor. & Nouel. 69 c. 1.* vnde eleganter Aristoteles: Oportet supplicia more patrio sumi. *lib. 5. Polit. c. 11.*

Et hoc est, quod aiunt nostri D.D. Statuta pœnalia comprehendere etiam forenses, delinquentes in loco statuti. *Iul. Clarus. lib. 5. sent. § vlt. quæst. 85. num. 2.* Et, Ius municipale, puniens homicidam; eo ipso quoque punire mandantem; siue sit conceptum in rem, siue in personam. *Cyn. in l. non dubium. C. de Legib. Ias. in l. si is qui pro emptore. 15. num. 362. ff. de Vsurp. & vsuc. Quidquid dicat Iul. Clarus. 5. sent. § fin. quæst. 89. § 1. Carer. in prax. crimin. mihi. fol. 144. & seq.*

Præterea, Forum sortiri, & statutis ligari paria sunt; *Boer. decis. 13. num. 14.* Sed mandans homicidium fieri, sortitur forum ratione delicti, ibi, vbi mandatarius deliquit: *c. vlt. ext. de For. comp. & in probatione secundæ Conclusionis latiùs deduximus*: Ergo etiam statutis pœnalibus illius loci obligatur. *Seraphin. de Priuileg. Iuram. priuileg. 4. num. 159. ibi, Quia forenses in his quæ sapiunt delictum. &c.*

## COROLLARIVM. III.

**Laicus, qui in necem hominis, operam suam Clerico accommodauit: nequicquam cum eo, vt consorte sceleris, ad tribunal Ecclesiasticum remitti postulat.**

FVNDVS & fundamentum Corollarii est, illa notissima Iuris Regula, quæ causas clericorum, Iudici Ecclesiastico; causas laicorum iudici laico committit. *c. at si clerici. 4. c. clerici. 8. c. cum non ab homine. 10. de Iudic. c. 2. c. si clericus. 5. c. si diligenti. 12. de For. comp. c. seculares. 2. eod. tit. lib. 6. c. 1. c. nullus iudicum. c. clericum. c. continua. & tota ferè 11. quæst. 1. c. futuram. § idem verò præsidens. 12. quæst. 1.* HVC ACCEDIT, quod, (vt in probatione primæ Conclusionis diximus) dum plures simul delinquunt, omnes in solidum ad pœnã obligan-

Couar. pract. quæst. c. 34. Fach. lib. 7. c. 31. Rebuf. in Proœm. Reg. Const. gl. 5. n. 117. & de Priuil. Scholast. priu. 106. Menoch. lib. 2. de Arb. iud. cas. 371. n. 13. Gomez tõ. 3. c. 10. n 6.

obligantur; & non vnum delictum. Sed plura, numero distincta, commisisse censentur. *l. 1. C. de Cond. furt. l. 1. in fin. ff. Si is qui testam. lib. es. ius. &c. l. vulgaris. 21. § si duo pluresue. ff. de Furt.* Ac proinde separatim etiam, apud proprios iudices conueniendi; & competentibus pœnis plectendi sunt. Societas enim criminum, non tam arcto vinculo coniungit delinquentes, vt priuilegium, & beneficium, vni ex correis concessum, ad alterius quoque personam extendi debeat. Vnde Vlpianus ait: Eum qui filio, vel seruo, vel vxori, opem fert furtum facientibus, furti teneri, quamuis ipsi actione furti non conueniantur. *tex. l. qui seruo. 36. § 1. ff. de Furt. Idem habetur in l. si quis vxori. 52. § 1. ff. eod. § hi qui parentum. 12. Instit. de Obligat. quæ ex del. nasc. Facit tex. in l. minoribus. 6. C. de his quib. vt indig. Vbi sententia lata, quo ad appellantem suspenditur; quo ad eos verò, qui non appellarunt, executioni mandatur.*

# COROLLARIVM. IV.

## Qui post admissum Assasinij facinus, mutandi & fraudandi iudicij causa, primum ordinem Clericalem suscepit, à Iudice sæculari, absque vlla solenni degradatione, morte mulctari potest.

Couar. Pract. quæst. c. 32. num. 4. vers. Tertia Conclusio. in fine Oldrad. cons. 4.

PRIMA RATIO. PAGANO delinquenti, nihil prodest, mutandi iudicii causa nomen Militiæ dedisse: Ergo etiam laico, dum in reatu est, nihil proderit nomen inter Clericos retulisse. CONSEQVENTIA clara est. Quia à milite armatæ militiæ, ad militem Cælestis militiæ, valet argumentum. Euerar. *in Top. lo. 22.* vtiturq; hoc argumentandi genere, ipse Romanus P. BONIFACIVS VIII, *in. c. degradatio. de Pœnis. lib. 6.* Clerici enim militare dicuntur, & milites, Christi, Ecclesiæ, Diuinæ militiæ, passim in Iure appellantur: *c. qui in qualibet. 1. quæst. 7. c. reprehensibile. 23. quæst. 8. c. saluator. 1. quæst. 3. c. militare. 23. quæst. 1. c. quid proderit. 61. dist. c. nullus. 54. dist. c. 1. de Cler. ægr. vel debil.* parque ferè est Clericorum & Militum quoad forum conditio. *l. Magisteriæ. 6. C. de Iurisd. om. iud. l. de militibus. 9.*

*tibus. 9. ff. de Cust. & exh. reor. l. 1. C. de exhib. & transm. re: l. qui cum vno. 4. § reus. 5. ff. de Re milit.* ANTECEDENS probatur. Primo autoritate Iuliani I.C. in his verbis. Qui metu criminis, in quo iam erat reus postulatus, nomen militiæ dedit, statim sacramento soluendus est. *l. vlt. ff. de Re milit.* Deinde Seueri & Antonini. Impp. rescripto. Non ignoratis, inquiunt, eos, qui litis causa, militiam appetierunt: postulantibus aduersariis, solui sacramento solere. *l. 1. C. Qui mil. pos. vel non pos. lib. 12.*

CONFIRMATVR hæc Ratio. *ex l. cum quædam puella pen. ff. de Iurisd. om. iud. l. si quis posteaquam. 7. ff. de Iudic. c. proposuisti. de F.C.*

SECVNDA RATIO. De industria, & ex insidiis hominem interficiens, Asylorum beneficio, & Ecclesiastica Immunitate non gaudet: Sed ab Ecclesia, inuitus, & publica vi adhibita, ad punitionem criminis abduci potest. *tex. in c 1. de Homicid. Nouel. 17. Clar. lib. 5. sent. § vlt. quæst. 30. vers. scias tamen. & seq. Gomez. tom. 3. c. 10. num. 2. vers. Quinto limita. Couar. lib. 2. Variar. resol. cap. 20. num. 7 Corasius. lib. 5. Miscel. c. 23. Alciat. lib. 7. Parerg. cap. 6. & de Præsump. Reg. 3. præs.* 33. Ergo & Clericalem ordinem, post patratum homicidiũ assumẽs, priuilegio fori gaudere non debet. CONSEQVENTIA probatur. Quia & Asylia, & Fori præscriptio, sunt Priuilegia & Immunitates Ecclesiasticæ, *vt patet ex tit. Decretal. De Immunit. Ecclesiar. & tit de F.C.* illa quidem localis, hæc autem personalis. Qui itaque locali Ecclesiastica Immunitate indignus est, personali multò magis indignus erit.

## COROLLARIVM. V.

### Homicida absens, ad pœnam exposcitus, à quolibet Magistratu sæculari dedendus, & ad eum Iudicem, sub cuius ditione scelus peregit, remittendus est.

Fachin. lib. 9. c. 23. Thoming. decis. 5. Bart. Socin. reg. 415. Clar. lib. 5. § fin. quæst. 38. vers. Est. audi tem. Gaill. lib. 1. de P.P. cap. 16.

EXtant pro hoc Corollario multa Iuris scripti Capita, præcipuè *tex. in l. solent. 7. & l. non est dubium. 11. § 1. ff. de Cust. & exhib. reor. tex. in l. si cui. 7. § fin. ff. de Accusat. c. 1. ext. de Raptor. vbi glossogr. in verb. excommunicentur. Nouel. 17. de Mand. Princip. c. 14. Nouel. 134. vt nul. iudic. lic. hab. loc. seruat. c. 5. vbi ità Iustinianus Imperator loquitur: Si verò cognoscatur, quod in alia prouincia degit, iubemus prouinciæ illius Iudicem,*



*in qua*

*in qua peccari huiusmodi quid contigerit; epistola vti, ad Prouinciæ illius Iudicem, in qua delinquens persona degit. Illum verò, qui publicas susceperit literas, & periculo suo, & officij sui comprehendere huiusmodi, & ad Iudicem Prouinciæ transmittere, in qua peccauit, supplicijs legitimis subiiciendum. Idem habetur. in Auth. si vero. C. ad L. Iul. de Adult. Adde. Clement. Pastoralis § quod si punitio. de sent. & re iudic.*

Posui in Corollario, A QVOLIBET MAGISTRATV. Non enim assentior illis, qui affirmant, communi totius Christiani Orbis consuetudine receptum esse, vt non fiat remissio, quando Iudex requirens & requisitus sunt diuersi Imperij. Talis enim consuetudo pugnat cum ratione. *vt patet ex. l. locatio: 9. § quod illicitè. ff. de Publ. vectig. & com. l. ità vulneratus. 51. in fin. ff. ad L. Aquil. l. Stichum § quod si promissoris. ff. de Solut. c. vt famæ. de sent. excom. cum similib.* Ac proinde Iuri expresso derogare nullo modo potest. *c. vlt. ext. de Consuet. l. quod vno. 14. l. quod non ratione. 39. ff. de Legib. l. 1. C. Quæ sit long. consuet. Nouel. 134. c. 1. & alibi passim.* Hæc de Corollario. 5. & tota hac quæstione sufficiant.

Couar. Pract. quest c. 11. nū. 10.

# Apostrophe.

## AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM PRINCIPEM, ANTISTITEM VRATISLAVIENSEM AMPLISSIMVM.

CErne relucentis pubentia germina frugis
Alta coronato sydera crine pati.
Ista tuis princeps maduërunt imbribus, vber
Incrementa tuus viuida suxit ager.
Iam rutila in segete excelsum emetitur honorem
Et quatit albentes Auster honorus equos,
Suggere diuinum largâ de mente madorem,
Efferet ardorem verticis ista seges.

*GEORGIVS GREMBS PHILOSOPHIÆ ET Medicinæ Doctor, Comes palatinus & Eques Auratus, nec non Serenissimæ Reginæ Poloniæ Diuæ CONSTANTIÆ Medicus.*

ILLV-

ILLVSTRIS AC MAGNIFICVS DOMINVS.
# D. SEBASTIANVS COMES AB ORTENBVRG BARO A FREYENSTEIN ET KARELSBACH, DOMINVS IN ERIGVRG ET LIELL, &c.

*NOBILI ET GENEROSO D. JOANNI SCHELIA DE RZVCHAV, GRATVLATIONIS ERGÒ F.*

*Joannes Schelia de Rzuchau.*

## Anagramma.

Hîc Zenua Charis laudes neo.

DVm Iuris sublimè reples Schelîa theatrum,
Legumq; intortos excipis ore globos;
Lydia virgo leues edocta rotare lacertos
Attalicas per acus, rarus Apellis honor;
Visa mihi veteres, quos Pallas ademerat, artus
Edere, Zenonis fœta calore ducis:
Illa caput superinsiliens virtutis Idæas
Pinxit, & insigni texuit arte peplum:
Illuc Varro suas, Socratesq;, Maroq; Camænas
Fixit, & intonuit Bartholus ære grauis.
Conscia Falkenberga auidum de vertice trusit
Falconem, expositas qui glomeraret opes;
Icarius iam risit obex; sed SITSCHIA votis
Ala, vacillantem mox saturauit auem.
Contremui; quid tanta ferant portenta rogaui,
Ad responsa citas soluit Arachna genas:
Diua seges comitum an nescis, quia ZENVA, LAVDES
Amplo scheliacas HIC NEO fasce, CHARIS?


AD RE-

# AD REVERENDISSIMVM ET ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM EPISCOPVM VVRATISLAVIENSEM AVCTOR.

Rerum certa salus, SITSCHORVM gloria præsul,
Sospite quo patrios remur habere Lares;
Si rudibus toties & crasso è germine spicis,
Detinet intuitus nostra Thalia tuos;
Quod doctrina vetat fieri, permitte videri,
Quo tener Aonidum surculus esse puter.
Hæc, si displicui, solamina nisibus adde,
Hæc, mihi contingant præmia, si placui.

AD LAVDEM. ET GLORIAM DEI. BEATISSIMÆQVE VIRGINIS MARIÆ.

*FINIS.*



Vt vera excellit pictam ſplendore Dianam
Sic clarum virtus Stemma nitore præit.

*Andreas Ierinus à Grunau,*
*Ac. Crac: St:*